e Κυζικηνόν.] *Gen.* Ασπένδιον. Κυζικηνὸν. Antt. lib. 13. c. 10. §. 1. Aſpendius frater Cyziceni Græc. Euſeb. p. 62. SPANH. Ασπένδιον in *libris.* Κυζικηνὸν repoſui ex *Antt.* l. 13. c. 9. §. 1. &c. Quippe juxta *Porphyrium* (in *Græc. Euſeb. Scaligeri* p. 62.) Antiochus Grypus à fratre Cyziceno exutus imperio ſeceſſit Aſpendum, unde & Aſpendii cognomen reportavit. Inde poſt annum circiter reverſus, & imperium cum fratre ſic partitus eſt, ut Grypo ceſſerit Syria proprie dicta (quæ monte Amano & Seleucide definitur) Cyziceno Cœleſyria, quæ à Seleucide ad Judæam pertinet.) Vide *Strabonem* l. XVI. p. 749. 756. Samaritas igitur, Cyziceni regno attributos, veriſimilius eſt hujus, quam Aſpendii, opem imploraſſe. ALDR.

Ἀριστόβουλον ἠτίᾳ. καὶ ὁ μὲν, μέχρι Σκυθοπόλεως διωχθεὶς ὑπὸ τ ἀδελφῶν, ἐκφεύγει· οἱ δ' [e] ὄπι τ Σαμαρείας ὑποτρέψαντες, τό, τε πλῆθος πάλιν εἰς τὸ τεῖχος συγκλείουσι, καὶ τ πόλιν ἑλόντες, αὐτήν τε κατέσκαψαν, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐξηνδραποδίσαντο. προχωρούντων δὲ τ καθ' ὁρμὴν κατέψυξαν, ἀλλὰ προελθόντες ἅμα τῇ δυνάμει μέχρι τ Σκυθοπόλεως, ταύτην τε κατέδραμον, καὶ τ ἐντὸς Καρμήλου [g] πᾶσαν χώραν ἄπασαν κατεστρέψαντο.

is, cum prompte eis paruisset, ab Aristobulo & Antigono superatur. Et ille quidem, postquam eum persequuti essent fratres ad Scythopolin usque, *tandem* effugit: hi vero, in Samariam reversi, & multitudinem iterum intra murum concludunt, cumque urbem cepissent, & eam diruunt & incolas in captivitatem abduxerunt. Cum autem res illis ita ex animi sententia succederent, suam passi non sunt alacritatem refrigescere: sed cum exercitu Scythopolim usque progressi, & eam incursibus vastarunt & agros intra montem Carmelum omnes * depopulati sunt.

Hyrcani filiis victus fugatusque. Ant. l. 13. c. 10 §. 3. *Samaria excidium. Ant.* l. 13. c. 10. §. 3.

ἡ. Πρὸς δὲ τὰς εὐπραγίας αὐτῷ τε Ἰωάννου [h] καὶ τ παίδων, [i] φθόνῳ ἐγείρει τὰ τῶν ὄχλων· καὶ πολλοί, [k] κατ' αὐτοῦ συνελθόντες, οὐκ ἠρέμουν, μέχρι καὶ πρὸς Φανερὸν πόλεμον ἐκριπισθέντες ἠτιῶν. τὸ λοιπὸν δ' [l] εὐδαίμονα ἐν εὐδαιμονίᾳ Ἰωάννης, καὶ τὰ κατ' τ ἀρχὴν κάλλιστα διοικήσας, [m] ἐν τρισὶν καὶ τριάκοντα ἔτεσιν, ἐπὶ πέντε υἱέσι τελευτᾷ, μακαριστότατος ὢν καὶ [n] κατ' μηδὲν ἐάσας ἐφ' ἑαυτοῦ μεμφθῆναι τ τύχῃ. [o] τρία γὰρ τὰ κράτιστα μόνος εἶχε, τ τε [p] ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν· ὁμιλεῖ γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν ἂν μελλόντων ἀγνοεῖν. ὡς γε καὶ περὶ δύο τ πρεσβυτάτων υἱῶν, ὅτι μὴ ἁλώσουσι κύριοι τ πραγμάτων, [q] προεῖδέ τε καὶ προεφήτευσεν. ὧν τ καλαστροφὴν ἄξιον ἀφηγήσασθαι, παρόσον τ πάλαι εὐδαιμονίας ἀπέκλιναν.

III. *Hyrcani filiis invidetur.* *Hyrcani mors & elogium. Antt.* l. 13. c. 10. §. 3. & 7.

8. Verum invidia, ex rebus Joannis ipsius filiorumque prosperis conflata, popularium seditionem concitat: multique, conspiratione in eos facta, non quiescebant, donec in bellum apertum exsuscitati vincuntur. Cum autem reliquum vitæ felicissime degisset Joannes, resque imperii per tres annos integros & triginta administrasset, quinque filiis relictis, moritur; vir plane beatissimus, & qui nulla in re fortunam sui causa accusari passus est. Denique tria vel maxima solus obtinuit, nempe & gentis principatum, & summum sacerdotium, & vaticinandi potestatem: nam cum eo ita versatus est Deus, ut futurorum nihil *penitus* ignoraret. adeo ut de duobus filiis suis natu majoribus & præviderit & prædixerit, quod non diu mansuri essent rerum domini: quorum vitæ quis fuerit exitus operæ pretium erit narrare, quatenus de paterna felicitate deciderint.

ΚΕΦ. γ'.

Ὡς Ἀριστόβουλος, πρῶτος διάδημα περιτίθεται, μητρὸς καὶ ἀδελφοῦ ἀναιρεθέντων, τελευτᾷ, βασιλεύσας ἐνιαυτὸν ὅλον αὐτῷ.

Μετὰ δὲ τ τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ὁ [r] πρεσβύτερος αὐτῶν [s] Ἀριστόβουλος, τ ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεὶς, [t] διαδήματι μὲν διάδημα πρῶτος, [v] μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ [x] ἑβδομηκοστὸν πρῶτον ἔτος, πρὸς δὲ μῆνας τρεῖς, ἐπεὶ δὲ καθῆλθεν ὁ λαὸς εἰς τ χώραν, ἀπαλλαγεὶς τ ἐν Βαβυλῶνι δουλείας τ δὲ ἀδελφῶν, τ μὲν [y] μετ' αὐτὸν Ἀντίγονον, ἐδόκει γὰρ ἀγαπᾶν, ἦγεν ἰσοτίμως, τοὺς δ' ἄλλους εἱργνυσι δήσας, δεσμεῖ δὲ καὶ τ

CAP. III.

Quomodo Aristobulus, qui primus diadema sumpsit, matre fratreque sublatis moritur, cum non plus anno regnasset.

NAM mortuo patre, Aristobulus è filiis natu major, cum principatum in regnum commutasset, primus quidem diadema sumpsit, post annos quadringentos, septuaginta & unum mensesque tres, quàm populus, servitute quam Babylone serviit, liberatus, in *eam* regionem descenderat: Antigonum vero fratrum à se secundum (namque *illum* amare videbatur) sibi honore æquavit, cæterosque vinctos in custodias dat; itemque

Aristobulus Hyrcani successor. Antt. l. 13. c. 11. §. 1. *Primus ex pontificibus Judæorum rex. Antt.* l. 13. c. 11. §. 1.

f Ἐπὶ τ Σαμαρείας] *Rost.* ὑπὸ τ Σαμ.

g Τῆς ὀρεσ χώρας] Illa τῆς ὀρεσ desunt *Big. Bod. Rost.* & *Ruf.*

h Καὶ τ παίδων,] Καὶ τ παίδων *MS. Lipsi.* Ita *Lugd. Bat.* & *Rost. Al.* ἀδελφῶν.

i Φθόνῳ] Αρχ. lib. 13. c. 10. §. 5. Φθόνον ἐκίνησεν ἡ εὐπραγία τ περὶ τ Ἰωάννην. ab odio Pharisæorum, qui malè in Hyrcanum seu Johannem affecti. SPANH.

k Κατ' αὐτῶν] *Rost.* mavult τ κατ' αὐτῶν.

l Καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ Ἰωάννης] Καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν τὴν ἀρχ. *MS. Lipsi.* SPANH. Illud τὰ ἐ *MSS.* certe *Lugd. Bat.*

m Ἐν τρισὶν καὶ τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν,] Ita *Big. Bod. Voss. Rost.* at ὅλοις præcedit καὶ in *Bas.* & *Gen.* Vera lectio videtur ἐν καθ' ὅλους ἔτεσιν. In *Ant.* l. 13. c. 11. §. 1. & l. 20. c. 9. in medio numerat λα'. Sic & *Euseb.* in *Dem. Evang.* VIII. 11. & *Hieron.* ad *Dan.* IX. annos assignant XXIX. qui numerus quamproxime verum attingit. Quippe Simon occisus est anno Seleucidarum CLXXVII. mense 11. Sabat. 1 *Macc.* XVI. 14. h. e. circa Febr. anni P. J. 4579. Alexandræ successit Hyrcanus anno 3. Ol. 177. *Ant.* XIV. 1. nempe circa Nov. anni P. J. 4644. Differentia est annorum 65. & mensium fere 9. unde detractis Aristobuli anno 1. Alexandri Jannæi 27. Alexandræ 9. (h. e. 37. annis quos his tribus assignat *Josephus*) relinquuntur Joanni Hyrcano anni tantum 28. & menses circiter 9. Sed cum ex his 37. aliquot anni videantur esse defectivi, cumque vivens adhuc Alexandra Hyrcano regnum commiserit, quorum illud *Josephus* innuit, hoc aperte dicit; harum rerum ratione habita fiet Joannis Hyrcani principatus annorum 29.+ ALDR.

n Καθ' μηδὲν] *Lugd. Bat.* καθ' τὸ μηδὲν. *Rost.* καθ' omittit.

o Τρία γὰρ] *Lugd. Bat.* τρία μόνα.

p Ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν.] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 10. §. 7. SPANH. Ubique *Rost.* articulum τὴν præfigit.

q Προεῖδέ τε] *Rost.* Εἶδε τε.

r Πρεσβύτερος] Πρεσβύται *MS. Lipsi.* SPANH.

s Ἀριστόβουλος,] Aristobulus Hyrcani filius, I. Rex & Diadema adsumit ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 1. ubi pro CCCCLXXI. legitur CCCCLXXXI. & hic in Rufino *vid. Ox.*

t Περιτίθεται] *Cas.* Ἐπιτίθεται.

v Μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ] *Cas.* Μετὰ τριακόσια καὶ ἑβδομηκοστὸν καὶ ἐν. *Rost.* vero plane *Cas.* lectioni similis est.

x Ἑβδομηκοστὸν] *Rufini* codices hoc loco, & *Antt.* l. 13. c. 11. §. 1. *octogesimum* pro *septuagesimo* exhibent. Sed falso. nam numerus ita colligitur. Ab edicto Cyri ad initium Jesu Josedecidæ ann. 1. Inde ad mortem Menelai 414. Inde ad mortem Joannis Hyrcani 29+. Fiunt anni 471+. puta anni 471. menses 3. quibus exactis Aristobulus diadema sumpsit, Confer *Ezr.* I. 1. II. 70. III. 2. 62. *Ant.* XII. c. 14. 15. XX. c. 8. Si ad annorum minutias descenderis, illarum excessus & defectus sese mutuo compensabunt. Potes eundem numerum etiam hoc modo colligere. Soluta est captivitas anno 1. Cyri, h. e. Ol. L. 4. Alexandræ successit Hyrcanus Ol. CLXXVII. 3. Differentia est Olympiadum 126. & annorum 3. h. e. annorum 507. Tolle annos 36+, quibus Aristobulus, Alexander Jannæus & Alexandra regnavere, restant anni 471+. Apud *Strabonem* XVI. p. 762. πρῶτος ἀπὸ ἱερέως ἀνεδήσατο διαδήματος οὗτος· ἦσαν υἱοὶ Ὑρκανὸς καὶ Ἀριστόβουλος. Verum eum excusari posse putat *Casaubonus*, quod Aristobulus I. parum vixerit post assumptum diadema, eique successerit frater Alexander. ALDR.

y Μετ' αὐτὸν] Μεθ' ἑαυτὸν in aliquot *MSS.*

z Inter se partiti sunt. *Ruf.*

que matrem, quod ea cum ipso de potestate contenderit, in vincula conjicit. nam & ipsam rerum dominam Joannes reliquerat. Eoque crudelitatis processit, ut vinctam fame necarit.

Crudelis in fratres matremque. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

Antigonus calumniis petitus. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

2. Verum pœnæ ab eo repetitæ sunt in fratre Antigono, quem & amabat & regni socium habebat. Nam & hunc ex calumniis interemit, quas improbi in aula regia *versantes* in eum confinxerunt. Itaque primo quidem dictis diffidebat Aristobulus, scilicet & ex amore fratris, & quod pleraque rumore disseminata invidiæ imputaret. Sed cum Antigonus splendide ab expeditione veniret ad festum, quo ex more patrio tabernacula Deo eriguntur, accidit quidem illis in diebus ut morbo laborarit Aristobulus; Antigonus vero sub festi exitu *in templum* ascenderit suis militibus stipatus, & quam maxime fieri potuit ornatus, ut fratris gratia accurate magis *Deum* adoraret. Tumque viri scelerati regem adeuntes & armatorum pompam ei indicabant, & elatum Antigoni animum, majorem quam qui privato conveniret, quodque cum turma maxima adesset ipsum interfecturus: neque enim nudum *ex* regni *societate* ferre posse honorem, cum & regnum ipsum sibi liceat occupare.

Quibus primo parum credidit Aristobulus. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

3. His fere invitus credidit Aristobulus, idque agens ne vel suspicari quidquam videretur, seque contra incerta præmuniret, suos quidem satellites in loco quodam subterraneo & tenebricoso collocavit (ipse autem in turri decumbebat quæ prius Baris dicta est, postea vero mutato nomine Antonia) cum mandatis ut ab inermi manus quidem abstinerent, Antigonum vero occiderent, si armatus accederet. misit etiam qui illud Antigono prædicerent, ut sine armis veniret. Ad hoc regina callide admodum cum insidiatoribus quiddam constituit. persuadent enim iis qui missi erant ut mandata quidem regis tacerent, Antigono vero dicerent, quod frater, audito eum sibi arma pulcherrima in ornatum bellicum in Galilæa comparasse, morbo impeditus esset quo minus ipse singula inspiceret, nunc vero cum aliò discessurus sis, armis indutum videre quam maxime desideret.

Regina aliique necem machinantur Antigono. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

Antigonus occisus. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

4. His auditis Antigonus (ne quid enim mali suspicaretur, suadebat fratris affectus) armatus incedebat, quasi semet *fratri* ostensurus. Sed ubi ad obscurum transitum, qui Stratonis turris vocabatur, perventum est, à satellitibus interficitur, relicto hoc in certum documentum, quod omnia benevolentiæ naturæque vincula discindant calumniæ, quodque ex melioribus animi affectionibus nulla adeo valida est, ut invidiæ perpetuo possit obsistere.

Ejus mors à Juda Esseo prædicta. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

5. Subeat autem alicui & Judam hac in re mirari. Essæus erat genere, qui in prædictionibus nunquam lapsus est aut mentitus. Is, postquam & Antigonum tunc templum forte * prætereuntem viderat, ad familiares exclamabat (erant autem non pau-

μητέρα διενεχθεῖζαν περὶ τ ἐξουσίας. ταύτῃ γ' [z] δὴ κυρίαν τ ὅλων ὁ Ἰωάννης ἀπολελοίπει. ἡ μέχρι τοσαύτης ὠμότητος προῆλθεν, ὥς τε ἡ λιμῷ [a] διαφθεῖραι δεδεμένην.

β'. Περιέρχεζ δὲ [b] αὐτὸν ἡ τίσις εἰς τ ἀδελφὸν Αντίγονον, ὃν ηγάπα τε ἡ τ βασιλείας κοινωνὸν εἶχε. κλείνῃ γ' ἡ τοῦτον ἐκ διαβολῶν, ἃς οἱ πονηροὶ τῶν περὶ τὸ βασίλειον συνεσκευάσαντο. [c] τὰ μὲν οὖν πρῶτα διπίστει τοῖς λεγομένοις ὁ Αριστόβουλος, ἅτε δὴ ἡ τ ἀδελφὸν ἀγαπῶν, ἡ διδοὺς φθόνῳ τὰ πολλὰ τῶν λογοποιουμένων. ὡς δ' ὁ Ανίγονος λαμπρὸς ἀπὸ τ στρατιᾶς ἦλθεν εἰς τ ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιείαζ πάτριον τῷ Θεῷ, σωρεύθη μὲν καθ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, νόσῳ χρήσαζ τ Αριστόβουλον· τ δ' Ανίγονον ὅπη τέλει τ ἑορτῆς ἀναβάντα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, [d] ὡς ἐν μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆζαι τὸ πλέον ὑπὲρ τ ἀδελφοῦ. [e] καὶ τούτῳ προσιόντες οἱ πονηροὶ τῷ βασιλεῖ τήν τε πομπὴν τῶν ὁπλιτῶν ἐδήλων, ἡ [f] τὸ παράσημα [g] τ Ανιγόνε, μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην, ὅτι τε παρεῖη μετὰ [h] μεγίστου συνταγμαζ ἀναιρήσων αὐτόν. ἃ γ' ἀνέχεζ τιμὴν μόνον ἐκ βασιλείας ἔχειν, παρὸν αὐτὴν καθαρχεῖν.

γ'. Τούτοις τ μικρὸν ἄνων ἐπίστευσεν Αριστόβουλος, ἡ προνοῶν τ μετ' ὑποπτεύων φανερὸς γενέζ καὶ προνοφαλίζ πρὸς τὸ ἄδηλον, [i] καθίστησι μὲν τὲς σωματοφύλακας ἔν τινι τῶν ὑπογαίων ἀλαμπεῖ. καλεῖτο δ' ἐν [k] τῇ Βάρει πρότερον [l] καλυμένῃ, αὖθις δ' Αντωνία μετονομαζείσῃ. [m] προτάξας ἀνόπλε μὲν ἀπέχεζ, κλείειν δὲ τ Αντίγονον, εἰ μὴ ὅπλων προσίοι. ἡ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε τὲς προερῶντας ἄνοπλον ἐλθεῖν. πρὸς τοῦτο πάνυ πανοῦργος ἡ βασίλισσα συντάσσει μετὰ τῶν ὑπηρετῶν. τὲς γ' πεμφθέντας [n] πείθουσι τὰ μὲν πρῶτα τ βασιλέως σιωπᾶζαι, λέγειν δὲ πρὸς τ Αντίγονον, ὡς ἀδελφὸς ἀκούσας ὅπλα τε [o] αὐτῷ κατεσκευασκέναι κάλλιστα, [p] ἡ πολεμικὸν κόσμον ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ζαβολὴν μὲν τ ἀσθένειαν αὐτὸς. ὑπιδεῖν ἕκαστα κωλυθείη, νῦν δ' ἐπεὶ ἡ χωρίζεζ [q] μέλλοις, [r] θεάσαιτ' ἂν ἡδίστα σε ἐν τοῖς ὅπλοις.

δ'. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ Αντίγονος, ἐπῆγε δ' ἡ τῇ ἀδελφῇ διάθεσις μηδὲν ὑποπτεύειν πονηρὸν, ἐχώρει μετὰ τῶν ὅπλων ὡς πρὸς ὑπίδειξιν. γενόμενος δὲ κατ' τ σκοτεινὴν πάροδον, [s] ἣ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἀναιρεῖται, βέβαιον ἀποδείξας, ὅτι πᾶσαν εὔνοιαν ἡ φύσιν κόπτει διαβολὴ, ἡ οὐδὲν οὕτω τῶν ἀγαθῶν παθῶν ἰσχυρὸν ὃ τῷ φθόνῳ μέχρι παντὸς ἀντέχει.

ε'. [t] Θαυμάζαι δ' ἄν τις ἐπὶ τούτῳ ἡ [u] Ιούδαν. [v] Εσσαῖος ἦν γένος, οὐκ ἔστιν ὅτε πλαίσας ἢ ψευσθεὶς ἐν προαγγέλμασιν. ὃς ἐπειδὴ ἡ τότε τ Αντίγονον ἐθεάσατο παριόντα σὺν ἱερεῦσι, πρὸς τὲς γνωρίμους ἀνέκραγεν, ἦσαν δ' οὐκ ὀλίγοι παρεδρεύοντες αὐτῷ τῶν μαν-

---

z Δὴ κυρίαν] Illud δὴ abest *Big. Lugd. Bat. Aliisque.*

a Διαφθεῖραι] *Lugd. Bat.* Διαφθερῆναι.

b Αὐτὸν ἡ τίσις] Αὐτῷ in plerisque *MSS.* ἡ abest in *Rost.*

c Τὰ μὲν οὖν] Ita *Lugd. Bat.* alii τὰ μὲν δὴ.

d Ως ἐν μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆσαι] Vid. ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 1. SPANH.

e Καὶ τούτῳ προσιόντες] Τότε προσιόντες *Rost.*

f Τὸ παράσημα] Conf. sup. c. 2. §. 4. SPANH.

g Τ Ανιγόνε,] *Lugd. Bat.* Τὸ Ανίγ.

h Μεγίστου συνταγματος] *Lugd. Bat.* Μεγίστων συνταγμάτων.

i Καθίστησι] *Lugd. Bat.* διίστησι. ut & *Rost.* id est *disposuit.* non male. HAV.

k Τῇ Βάρει πρότερον] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 2. ut & inf. hujus libri c. 5. §. 1. item c. 21. §. 1. SPANH.

l Καλυμένῃ,] Abest a *Lugd. Bat.* ut & *Rost.*

m Προστάξας] Particulam ἡ præponit *Rost.*

n Πείθουσι] Πείθει legisse videtur *Ruf.*

o Αὐτῷ κατεσκευασκέναι κάλλιστα,] Ita locum hunc restituimus ex clarissima *MSS. Lugd. Bat. Bod.* & *Rost.* conspiratione, ut & *Ruf.* qui jam olim ita invenerat; legitur in vulgatis αὐτῷ καθιστανατραβα κάλλιστα ἀλλ' π. κ. Verte itaque & *decus bellicum* pro *in ornatum bellicum.* Exprimit enim idem quod appellat Virgilius *decus & tutamen in armis.* lib. Æneid. 5. 2. 2 26. 2. HAV.

p Καὶ πολεμικὸν κόσμον] Διὰ πολ. κ. *Hudf.* Καὶ πολεμικὸν κ. juxta *Ruf.*

q Μέλλοις,] Ita *Lugd. Bat.* alii μέλλοις.

r Θεάσαιτ' ἂν] *Gen.* Θεάσαι ἂν. Θεάσαιτ' ἂν *MS. Lipf.* SPANH. Ita cum *MSS.* Θεάσαι ἂν in *Impressis.*

s Η Στράτωνος καλεῖτο πύργος] Primam voculam non agnoscit *Lugd. Bat.* postremam delet *Rost.*

t Θαυμάσαι] *Lugd. Bat.* Θαυμάσω.

u Ιούδαν.] Sic Lameæ & Manahemi, utriusque Essæi vaticinia ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 4. & lib. 15. c. 10. §. 5. Judas hic fuit Essenus institutus ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 2. Ιούδαν τινα, Εσσηνὸν μὲν τὸ γένος. *Essenum autem genere* seu *secta*, de quo nihil *Gelenius* Judam Essenum genere *Rufin.* SPANH.

v Εσσαῖος ἦν γένος,] *Al.* Εσσηνὸς, uti l. 13. c. 11. §. 2.

* Ιούδαν τ Αντίγονον παριόντα τὸ ἱερὸν *Antt.* l. 13. c. 11. §. 2.

μαθανόντων, πάπας „ τῶν ἐμοὶ καλὸν, ἔφη, τὸ „ θανεῖν, ὅτι μοι προτέθνηκεν ἡ ἀλήθεια, καί τι τῶν „ ὑπ' ἐμοῦ προῤῥηθέντων διέψευται. ζῇ γὰρ Ἀντίγονος „ οὗτοσὶ σήμερον ὀφείλων [x] ἀποθανεῖν. χωρίον δ' αὐτῷ „ πρὸς σφαγὴν, Στράτωνος πύργος [y] εἵμαρτο· „ ἦ τοῦτο μὲν ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἀπέχθεν ἐστὶν. „ ὥραι δὲ ἤδη τέσσαρες, [z] ὅδε δὴ χρόνος „ ἐκκρύψει τὸ μάντευμα." ταῦτ' εἰπὼν, σκυθρωπὸς [a] ὑπὸ συνοίας ὁ γέρων διεκαρίερε, καὶ μετ' ὀλίγον ἀπηγγέλθη τὸν [b] ὑπόγαιον χωρίον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ Θαλάττῃ Καισαρείᾳ. τοῦτο γοῦν τὸ μάντιν διέπαραξεν.

γ'. Ἀριστοβούλῳ γε μὴν εὐθὺς ἡ [c] περὶ τὸν μόσχον μεταμέλεια νόσον ἐνεποίησε, καὶ πρὸς ἐννοίαις τοῦ φόνου τὴν ψυχὴν ἔχων ἀεὶ τεταραγμένην συνέτηκε, μέχρι τῶν σπλάγχνων ὑπ' ἀκράτου τῆς λύπης σπαραττομένων [d] ἄθρουν αἷμα [e] ἀναβάλλῃ. τοῦτο τις τῶν πρὸς τῇ θεραπείᾳ παίδων ἐκφέρων, δαιμονίῳ προνοίᾳ σφάλλεται, καθ' ὃν τόπον ὁ Ἀντίγονος ἔσφακτο, καὶ [f] φαινομένοις ἔτι τοῖς ἀπὸ τοῦ φόνου στίλοις τὸ αἷμα τοῦ κτείναντος ἐπεξέχεεν. ἤρθη δ' [g] εὐθὺς οἰμωγὴ τῶν θεασαμένων, ὥσπερ ὀπτῆτες τοῦ παιδὸς ἐκεῖ [h] ὑποκαταστείσαντος τὸ αἷμα· ἧς δὲ βοῆς ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, καὶ μηδενὸς τολμῶντος εἰπεῖν, μᾶλλον [i] ἐκέκλητο μαθεῖν ἐθέλων. τέλος δ' ἀπειλοῦντι καὶ βιαζομένῳ τἀληθὲς εἶπον. ὁ δὴ τὰς τε ὀφθαλμὰς ἐμπίπλησι δακρύων, καὶ στενάξας, [k] ὅσον ἦν αὐτῷ δύναμις, εἶπεν, „ οὐκ ἄρα Θεοῦ μέγαν ὀφθαλμὸν „ ἐπ' ἔργοις ἀθεμίτοις λήσειν ἔμελλον, ἀλλά με „ [l] ταχεῖα μέτεισι δίκη φόνου συγγενοῦς· μέχρι τοῦ „ μοι σῶμα ἀναιδέστατον τὸν ἀδελφῷ καὶ μητρὶ καλὰ „ χρῆσθαι ψυχὴν καθέξεις; μέχρι τοῦ δ' αὐτὸς ὑπο- „ σπείσω καθ' ἡμέραν τοὐμὸν αἷμα; λαβέτωσαν ἀθρόον „ τοῦτο, καὶ μηκέτι ταῖς [m] ἐκ τῶν ἐμῶν σπλάγχνων „ χοαῖς ἐπειρωνευέσθω τὸ δαιμόνιον." ταῦτ' εἰπὼν, [n] εὐθέως τελευτᾷ, βασιλεύσας ὃ πλεῖον ἐνιαυτοῦ.

ci è discipulis ei assidentes) Papæ! „ nunc æquum „ est, dicebat, ut ipse moriar, quando ante me „ veritas interiit, & falsum est certum quiddam à „ me prædictum. Vivit enim iste Antigonus, qui „ hodie mori debuit. Locus autem neci ejus fato „ destinatus, erat Stratonis turris: & ille quidem „ sexcentorum abhinc stadiorum intervallo distat. „ jam vero quarta est diei hora: adeoque hoc tem- „ pus irritum reddit vaticinium." Ista loquutus, tacita cogitatione mœstoque vultu defixus hærebat senex, pauloque post interfectum esse Antigonum nunciatur in loco subterraneo, qui & ipse Stratonis turris appellabatur, eodem nomine quo maritima Cæsarea. Quippe hæc res vatem perturbavit.

6. Cæterum pœnitudo ex scelere statim fecit ut Aristobulo morbus ingravesceret; dumque animum cædem secum reputando perturbatum haberet, contabescebat, donec immodico dolore laceratis visceribus, sanguinem multum emitteret. Hunc dum quidam puerorum qui ei ministrabant foras effert, divina providentia prolapsus cadit, eo in loco quo Antigonus erat occisus, & super exstantes cædis maculas interfectoris cruorem effudit. Mox autem sublatus est ululatus ab iis qui id conspexerant, tanquam puer de industria sanguinem illic libasset: & cum rex clamore audito causam sciscitaretur, eamque nemo prodere ausus esset, eo magis instabat discendi desiderio. Tandem vero, cum minas intentaret eosque cogeret, verum quod erat ei indicaverunt. At ille, cum lachrymis oppleſſet oculos, quantumque poterat ingemuisset, dicebat, „ haud utique erat ut * magnum Dei „ oculum ob facta nefaria effugerem, sed me ce- „ leris pœna persequitur ob cognati cædem. Quo- „ usque, ô corpus impudentissimum, matri fra- „ trique damnatam animam detinebis? Quamdiu „ & ipse paulatim illis sanguinem meum libabo? „ simul totum accipiant; ne amplius inferias ex „ meis visceribus factas derideat numen." His dictis illico moritur, cum non plus anno regnum tenuisset.

Fratris interitum dolet Aristobulus. Ant. l. 13. c. 11. §. 3.

Moritur. Ant. l. 13. c. 11. §. 3.

ΚΕΦ. δ'.

Οἷα ἐπράχθη ὑπ' Ἀλεξάνδρου Ἰανναίου, βασιλεύσαντος ἐπὶ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη.

Λύσασα δ' ἡ γυνὴ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ βασιλέα καθίστησιν Ἀλέξανδρον, [o] τὸν καθ' ἡλικίαν καὶ μετριότητα πρέπειν δοκοῦντα· ὁ δὲ, παρελθὼν εἰς τὴν ἐξουσίαν, τὸν μὲν ἕτερον τῶν ἀδελφῶν [p] βασιλείας κτείνει· τὸν δὲ καταλειπόμενον, ἀγαπῶντα τὸ ζῆν δίχα πραγμάτων, εἶχεν [q] ἐν τιμῇ.

β'. Γίνεται δ' αὐτῷ καὶ πρὸς τὸν Λάθυρον ὀπτικληθέντα Πτολεμαῖον συμβολὴ, πόλιν [r] Ἀσωχὶν ἁρπάσοντι

Alexander Jannæus rex Judæorum. Ant. l. 13. c. 11. §. 1.

Pugna inter Alexandrum & Ptolemæum Lathyrum. Ant. l. 13. c. 12. §. 2. 3. 4. 5.

CAP. IV.

Quas res gesserit Alexander Jannæus, qui regnavit annos XXVII.

UXor autem *Aristobuli*, cum fratres vinculis exemisset, regem constituit Alexandrum, qui & ætate & morum modestia *cæteris* præstare videbatur. Verum is, ad potestatis fastigium provectus, è fratribus quidem alterum regnum affectantem occidit; alterum vero, † vita quieta contentum, in honore habuit.

2. Accidit autem, ut *is* prælio congrederetur cum Ptolemæo cognomine Lathyro, qui urbem Asochim cepe-

x Ἀποθανεῖν.] Ἀπηῶς *Big. Bod.* & *Voss.* Ἀπειρῶς *Rost.*
y Εἵμαρτο.] *Rost.* Εἵμαρ᾽ ᾖν.
z Ὅδε δή.] *Lugd. Bat.* Ὃ δή.
a Ὑπὸ συνοίας] Ἐπὶ συνοίας *MS. Lips.* SPANH. Ἐπὶ συνοίαις *Big.* & *Bod.* & *Rost.* & *Lugd. Bat.* ἐπὶ συνοίας *Lips.*
b Ὑπόγαιον χωρίον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ Θαλάττῃ Καισαρείᾳ.] Καισάρειαν παράλιον ante Stratonis Turris dicta, ut libr. Antt. 13. c. 11. §. 2. ὃ καὶ αὐτὸ Στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο, ὁμώνυμον τῇ Θαλάττῃ Καισαρείᾳ. & ἀλλαχ. lib. 3. c. 8. §. 1. πόλιν οὖσαν, καὶ παράλιον. & lib. 7. c. 2. §. 1. εἰς τὴν παράλιον ἐκπεσεῖν Καισάρειαν. item eod. lib. c. 1. §. 3. πρὸς τῷ ἐπὶ τῇ Θαλάττῃ Καισαρείᾳ.
c Περὶ δὲ μόσχου] Conf. sup. c. 2. §. 3. SPANH.
d Ἄθρουν αἷμα] Ἀθρόαν αὐτὴν ταύτην ἀποδίδως, de eadem morte ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 3. SPANH.
e Ἀναβάλλει.] Ἀναβάλλειν in nonnullis *MSS.*
f Φαινομένοις ἔτι] Videsis *J. A. Bosii Diss.* ad 2 *Tim.* 2. 22.
g Εὐθὺς οἰμωγὴ] Εὐθέως hic loci & supra v. 26. in *Rost. Lugd. Bat.* plerisque *MSS.*
h Ἐπικαταστείσαντος] *Lugd. Bat.* ἐπιστείσαντος.
i Ἐνέκειτο] *Rost.* ἐκεῖτο.
k Ὅσον ἦν] Omittit ἦν *Rost.*
l Ταχεῖα] *Rost.* τάχιον.
m Ἐκ τῶν] Abest a *Lugd. Bat.*
n Εὐθέως τελευτᾷ,] *Rost.* ἐκτελευτᾷ, ὃ πλέον βασιλεύσας ἐνιαυτοῦ.
o Τὸν καθ' ἡλικίαν] *Lugd. Bat.* τὸν καθ' *Rost.* τοῦτον κατ'.
p Βασιλειῶντα κτείνει.] Conf. sup. Procem. §. 2.
q Ἐν τιμῇ.] Illa ὡς τιμῇ addidi ex *Antt.* l. 13. c. 12. §. 1. in fine.
r Ἀσωχὶν ἁρπάσοντα.] Conf. de Vita §. 41. SPANH. Ἀσωχὼν *Voss.* vide ad l. 13. c. 12. §. 4. in fine.
* *Sc.* Deum omnia spectantem.
† Ablatis rebus secum habebat, *Rost.*

ceperat: in quo multos quidem hostium peremit, sed victoria in Ptolemæum propendebat. Postea vero quam ille, à matre Cleopatra fugatus, in Ægyptum discesserit, Alexander & Gadara obsidione in potestatem suam redigit, & castellum Amathuntis, munitionem omnium quæ ad Jordanem sitæ erant maximam, ubi & pretiosissima quæque bonorum Theodori filii Zenonis adservabantur. At Theodorus; cum repente *ei* supervenisset, & res suas capit & regis impedimenta, & Judæorum decem circiter millia interficit. * Alexander autem ab ista plaga revalescit, & in maritimam regionem versus Raphiam capit & Gazam; itemque Anthedonem, quæ postea à rege Herode Agrippias nominata est.

Antt. l. 13. c. 12. §. 5.

Pugna inter Alexandrum & Theodorum. Antt. l. 13. c. 13. §. 3.

Alexander multas urbes capit. Antt. l. 13. c. 13. §. 3.

3. Cum autem *urbes* istas subjugasset, insurrectio fit populi Judaïci in festo. Tum enim maxime, cum festa celebrantur, excitatur seditio. Nec apparebat, quo pacto ex insidiis evadere potuerit, nisi ei auxilium tulissent copiæ peregrinæ, Pisidæ nempe & Cilices: Syros quippe in mercenarios non admittebat, propter ingenitum illis erga gentem Judæorum odium. Cum autem supra sex millia eorum, qui in eum insurrexerant, occidisset, in Arabiam incursionem facit: cumque eam simulque Galaaditas & Moabitas subegisset, tributumque illis imperasset, ad Amathunta reversus est. Theodoro etiam ex rebus ejus prospere gestis metu perculso, cum castellum *omni* præsidio vacuum reperisset, *de* fundamentis *illud* dejecit.

Mota in Alexandrum seditio. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

Moabitas aliasque gentes subigit Alexander. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

4. Mox autem congressus cum Oboda rege Arabum, qui locum juxta Gaulanam prior insidiis occupaverat, illis captus totum amisit exercitum, in vallem profundam compulsum, atque camelorum multitudine contritum. Ille vero fuga dilapsus in Hierosolyma, gentem olim sibi infensam calamitatis magnitudine in seditionem excitavit. Fit autem etiam tunc superior, crebrisque præliis non pauciores quinquaginta Judæorum millibus interfecit, sex annorum spatio: nequaquam tamen victoriis lætabatur, ut qui regni sui vires consumeret. adeo ut armis omissis adniteretur verbis bellum cum subditis componere. Illi autem eo magis odio habebant ejus respiscentiam morumque varietatem. Cumque percontaretur quid causæ esset, quid ipsi faciendum ut eos placatum iret, ut moreretur, dicebant. nam cum eo, qui tam multa nefaria patrasset, etiam mortuo vix redituros esse in gratiam. Simul etiam Demetrium, cognomine Eucærum in auxilium vocabant. Cumque ille, majorum spe, eis haud ægre obsequutus esset, & cum exercitu venisset, sese cum auxiliis ejus circa Sicima conjunxerunt Judæi.

Ab Oboda fusus fugatusque. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

Multa cum cæde in Judæos grassatur. Antt. l. 13. c. 3. §. 5.

Demetrius Eucærus à Judæis in auxilium accersitus. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

ὡ πολλὺς μὲν ἀπέλε τῶν πολεμίων, ἡ δὲ νίκη πρὸς [s] Πτολεμαῖον ἔρρεψεν· ἐπεὶ δ' ὕστ⊙ ὑπὸ τ μητρὸς Κλεοπάτρας διωχθεὶς εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησεν, Αλέξανδρ⊙ Γαδάρων τε πολιορκίᾳ κρατεῖ, ϗ Αμαθοῦντ⊙, ὃ δὴ μέγιστον μὲν ἦν ἔρυμα τ [t] περὶ Ιορδάνην, τὰ τιμιώτατα ϗ τ Θεοδώρου τ Ζήνων⊙ [v] χρημάτων ἦν ἐν αὐτῷ. ἐπελθὼν δ' ἐξαίφνης ὁ Θεόδωρ⊙, τά τε σφέτερα, ϗ τ βασιλέως ἀποσκευὴν αἱρεῖ, τ τε Ιουδαίων εἰς μυρίους κτείν. γίνε⊃ δ' ἐπάνω τ πληγῆς Αλέξανδρ⊙, ϗ τραπόμεν⊙ εἰς τ ὠδαλίαν, αἱρεῖ [x] Ραφίαν τε ϗ Γάζαν, ϗ Ανθηδόνα, τ αὖθις ὑφ' Ηρώδου τ βασιλέως [y] Αγριππιάδα ὀνομασθεῖσαν.

γ'. Εξανδραποδισαμένῳ ὃ ταύτας ἐπανίστα⊃ τὸ Ιουδαϊκὸν [z] ἐν ἑορτῇ. μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς εὐωχίαις αὐτῶν στάσις ἄπλε⊃. ϗ [a] ἐδόκει μὴ ἂν κρεῖττον γίνεσθ⊃ τ ὀπιθυλῆς, εἰ μὴ τὸ ξενικὸν αὐτῷ παρεσκόηθ⊃, Πισίδαι ϗ Κίλικες ἦσαν. Σύρους γὰρ οὐκ ἐδέχετο μισθοφόρους, [b] ἀφ' τ ἔμφυτον αὐτοῖς πρὸς τὸ ἔθν⊙ ἀπέχθειαν. [c] κτείνας ὃ τ ἐπαναστάντων ὑπὲρ [d] ἑξακισχιλίους, Αραβίας ἤπλετο· ϗ ταύτην ἐλῶν, Γαλααδίτας τε ϗ [e] Μωαβίτας, φόρον τε αὐτοῖς ὑποτάξας, ἀνέστρεψεν ὀπὶ [f] Αμαθοῦντα. Θεοδώρου ὃ πρὸς τὰς εὐπραγίας [g] αὐτῷ καταπλαγέντ⊙, ἔρημον λαβὼν τὸ φρούριον κατέσκαψεν.

δ'. Επεῖτα συμβαλὼν [h] Οβόδῃ τῷ Αράβων βασιλεῖ προλοχίσαντι τ [i] Γαυλάνην, [k] ἑνὸς αὐτῷ γενομένης, πᾶσαν ὑποβάλλ⊃ τ φαλαγγα, [l] συνωθεῖσαν ϗ βαθείας φάραγγ⊙, ϗ πλήθ⊃ καμήλων συντρίβει. ἀφυγὼν δ' αὐτὸς εἰς Ιεροσόλυμα, τῷ μεγέθ⊃ τ συμφορᾶς πάλαι μισοῦν τὸ ἔθν⊙ παρέθισεν εἰς ἐπανάστασιν. γίνε⊃ ὃ ϗ τότε κρεῖττον, ϗ μάχαις ἐπαλλήλοις οὐκ ἐλάττοσι πεντακισμυρίοις [m] Ιουδαίων ἀπέλεν ὑπὲρ ἔτεσιν ὀ μὲν [n] ὑφαινέτο γε ταῖς νίκαις, τ ἑαυτοῦ βασιλείαν ἀναλίσκων. [o] ὡς τε, παυσάμεν⊙ τ ὅπλων, [p] λόγοις ἐπεχείρ διαλύεσ⊃ πρὸς τοὺς ὑποδεδαγμένους. οἷς ὃ μᾶλλον ἐμίσουν τ μετάνοιαν αὐτοῦ, ϗ γ τρόπου τὸ ἀνώμαλον. [q] πυνθανομένῳ τε τὸ αἴτιον, [r] τί ἂν ποιήσας καθαρεύσειεν αὐτούς, [s] ὀπθανὼν ἔλεγον. νεκρῷ γὰρ ἂν ἀλλαγῆναι [t] μόλις τῷ τοσαῦτα δράσαντι. ἅμα ὃ ϗ τ [v] Εὔκαιρον ὀπιληθέντα Δημήτριον ἐπεκαλοῦντο. ῥᾳδίως δ' ὑπακούσαντ⊙ κατ' ἐλπίδα μειζόνων, ϗ μὴ χαρᾶς ἥκοντ⊙, συνέμισγον οἱ Ιουδαῖοι τοῖς συμμάχοις περὶ Σίκιμα.

ε'. Δέ-

[s] Πτολεμαῖον] Articulum τ præponit *Lugd. Bat.*

[t] Περὶ Ιορδάνην,] Ὑπὲρ Ιορδάνην *MS. Lipsi.* & *Rusin.* SPANH. Ὑπὸ Ἰορδάνην *Bod.* ὑπὲρ *Big. Voss.* & *Lipsi.* Vide ad l. 13. c. 12. §. 5.

[v] Κτημάτων] *Rost.* κλισμάτων.

[x] Ραφίαν] ΡΑΦΙΑ Nummi. SPANH. *Al.* Ράφιαν.

[y] Αγριππιάδα] Αγρίππειον inf. c. 21. §. 8. SPANH. Sic inf. c. 5. §. 4.

[z] Εν ἑορτῇ] Et inde, quoniam epulæ & dies Festi seditiones accendunt, Romani milites super porticum Templi locabant, noluerunt que Judæi Christum Festo die capere. REL.

[a] Εδόκει] *Rost.* δοκεῖ.

[b] Διὰ τὴν ἔμφυτον] Insita inter Syros & Judæos inimicitia, ἀρχ. lib. 13. c. 13. §. 5. id tribuit privato Alexandri erga Syros odio. SPANH.

[c] Κτείνας δὲ] *Rost.* κτείνας γὰρ.

[d] Εξακισχιλίους,] Ita *Voss. Bod. Rost.* expressis etiam literis & *Jos.* in *Antt.* l. 13. c. 14. §. 5. in *Impressis* ὀκτακισχιλίους. in *Rusini* Editis *octo millibus*, sed *sex millia* habent *MSS.*

[e] Μωαβίτας,] Non est in *Rost.*

[f] Αμαθοῦντα.] *Lugd. Bat.* Αμαθοῦσσαν.

[g] Αὐτῷ καταπλαγέντος,] Αὐτοὶ & αὐτῶν in *libris aliquot.*

[h] Οβόδῃ] Ὀβιδᾷ ex *Antt.* l. 13. c. 14. §. 5. Οβόδᾳ *Big. Voss.* & *Ruf.* Βοβδᾷ *Rost.* Ιωβόδᾳ *Lugd. Bat.*

[i] Γαυλάν ην,] Αρχ. lib. 13. c. 15. §. 3. Γαύλανιν SPANH. Eandem esse cum urbe *Golan* existimat *Relandus* in *Palæstina S.* p. 815. Insidias collocatas fuisse κατὰ Γάδαρα πάμπαν τ Γαλααδίτιδος memorat *Josephus* in *Antt.* l. 13. c. 14. §. 5. κατὰ τὴν Γαυλάνην *in Gala adensi* [*Gaulonensi* & *Gaulanſi* & *Galensi MS.*] *regione* vertit *Rusinus.*

[k] Ενέδρας] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 13. §. 5. SPANH.

[l] Συνωθεῖσαν] Συνωθιζομένων *Bod.*

[m] Ιουδαίων ἀπέλεν] Ιουδαίους *Big.* & *Bod.*

[n] Ηυφαίνετό γε] *Rost.* ἠυφραίνετο γε.

[o] Ως τε, παυσάμενος τ ὅπλων,] Οὗτε *Big. Rost.* & *Bod.* & forsan *Rusinus*, qui vertit, *unde.*

[p] Λόγοις] *Rost.* τὸ λόγοις.

[q] Πυνθανομένῳ τε τὸ αἴτιον,] Πυθανομένου *Big. Voss. Rost.* & & *Bod.*

[r] Τί ἂν] Καὶ τί ἂν π. *MS. Lipsi.* SPANH.

[s] Αποθανὼν ἔλεγον.] Atque ita *voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quam primum satisfaceret*, ut ad Tiberium scripsisse Artabanum in Vita ejus cap. 66. narrat *Suetonius.* quasi *aliter tot flagitiis ejus subveniri non posset*, ut cordatus centurio Asper in pœna sua ad Neronem apud *Tacitum* lib. Annal. 15. cap. 68. Quomodo & legatis Dionysii Syracusarum Tyranni, extollentibus pietatem ejus in sepeliendis illis, qui ex hostibus in acie ceciderant, responsum satis amarè est a civibus profugis: *non alio ipsum Dionysium beneficio dignum esse, imo Deos se precari, ut eodem quamprimum afficeretur.* Narrante Diodoro l. 14. c. 9. HAV.

[t] Μόλις τοῦ] Abest a *Rost.*

[v] Εὔκαιρον] Demetrius Εὐκαιρος. ἀρχ. lib. 13. c. 13. §. 5. τὸν Ακαιρον *MS. Lipsi.* & *Rusin.* SPANH. Ακαιρον *Big. Bod. Voss. Rost.* & *Ruf.* in quibusdam *exemplaribus.* Potuit Demetrius per ludibrium ita appellari, uti & Antiochus *Epimanes* pro *Epiphanes*, & Ptolemæus *Cacergetes* pro *Euergetes.* ALDR.

* Verum Alexander receptis post cladem viribus, *Ruf.*

π Ια-

δ'. Δίχεται δ' ἑκάτερος Ἀλέξανδρος, [x] ἱππεῦσι μὲν χιλίοις, μισθοφόροις δὲ πεζοῖς [y] ὀκτακισχιλίοις· παρῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἐντοῦθεν Ἰουδαϊκὸν, εἰς [z] μυρίους. τὸ δ' ἐναντίον ἱππεῖς μὲν ἦσαν τρισχίλιοι, πεζῶν δὲ μύριοι τετρακισχίλιοι. [a] καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἀφ' ἑκατέρων οἱ βασιλεῖς ἐπειρῶντο τῶν παρ' ἀλλήλοις ἐπιτάσεων· Δημήτριος μὲν τοὺς Ἀλεξάνδρου μισθοφόρους, Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς ἅμα Δημητρίῳ Ἰουδαίους μεταπείσειν ἐλπίσας. ὡς δ' οὔτε οἱ Ἰουδαῖοι [b] θυμοῦ, οὔθ' οἱ Ἕλληνες [c] ἐπαίοντο πίστεως, διακρίνονται ἤδη τοῖς ὅπλοις συμπεσόντες. κραδεῖ δὲ τῇ μάχῃ Δημήτριος, καίπερ πολλὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου μισθοφόρων καὶ ψυχῆς ἅμα καὶ χειρὸς ἐπιδειξαμένων. χωρεῖ δὲ τὸ τέλος τῆς παρατάξεως [d] παρὰ δόξαν ἀμφοῖν. οὔτε γὰρ Δημητρίῳ παρέμειναν νικῶντι οἱ καλέσαντες, καὶ κατ' οἶκτον τῆς μεταβολῆς Ἀλεξάνδρῳ προσεχώρησαν, εἰς τὰ ὄρη καταφυγόντι, Ἰουδαίων ἑξακισχίλιοι. ταύτῃ τοι τὴν ῥοπὴν οὐκ ἤνεγκε Δημητρίου, ἀλλ' ὑπολαβὼν ἤδη μὲν ἀξιόμαχον εἶναι πάλιν Ἀλέξανδρον, μεταῤῥεῖν δὲ καὶ πᾶν τὸ ἔθνος [e] εἰς αὐτὸν, ἀνεχώρησεν.

ε'. Οὐ μὴν [f] τόγε λοιπὸν πλῆθος, ἀναχωρησάντων τῶν συμμάχων, καθέσθαντο τὰς διαφοράς· συνεχὴς δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον ἦν αὐτοῖς ὁ πόλεμος, μέχρι πλείστους ἐπικλείσας τοὺς λοιποὺς ἀπήλασεν εἰς [g] Βεμέσηλιν πόλιν, καὶ ταύτην καταπρησάμενος αἰχμαλώτους ἀνήγαγεν εἰς Ἱεροσόλυμα. προέκοψε δ' αὐτῷ, δι' ὑπερβολὴν ὀργῆς, εἰς ἀσέβειαν [h] τὰ τοῦ ὠμότητος. τῶν γὰρ [i] ληφθέντων εἰς ὀκτακοσίους ἁπαξαπάντας ἐν μέσῃ τῇ πόλει, γυναῖκάς τε καὶ τέκνα αὐτῶν [k] ἀπέσφαξε ταῖς ὄψεσι καὶ ταῦτα πίνων καὶ συγκαλακείμενος ταῖς παλλακίαις [l] ἀφεωράτο. τοσαύτη δὲ κατάπληξις [m] ἔσχε τὸν δῆμον, ὡς τε τῶν ἀντιστασιαστῶν καὶ τῶν φυγεῖν ὀκτακισχιλίους ἐξ Ἰουδαίας ἄλλης, οἷς ὅρος τῆς φυγῆς ὁ Ἀλεξάνδρου θάνατος κατέσχε. τέλος δὲ, τοιούτοις ἔργοις ὀφθεὶς καὶ μόλις ἡσυχίαν τῇ βασιλείᾳ πορίσας, ἀνεπαύσατο τῶν ὅπλων.

ζ'. Γίνεται δὲ αὐτῷ πάλιν ἑτέρα ταραχὴ θορύβων [n] Ἀντίοχος, ὁ καὶ [o] Διόνυσος ἐπικληθεὶς, [p] Δημητρίου μὲν ἀδελφὸς, ὢν, [q] τελευταῖος δὲ τῶν ἀπὸ Σελεύκου. τοῦτον γὰρ δείσας, στρατεύσαντα ἐπὶ τοὺς Ἄραβας ὁρμημένον, τὸ μὲν μεταξὺ [r] Ἀντιπατρίδος παρορίου καὶ τῶν Ἰόππης αἰγιαλῶν διαφρεῖ φάραγγι βαθείᾳ. πρὸ δὲ τάφρου τεῖχος ἤγειρεν ὑψηλὸν, καὶ ξυλίνους πύργους ἐπετεκτήνατο, τὰς εὐμαρεῖς ἐμβολὰς ἐπιφράττων. ἐπὶ μὲν εἴρξαι γε τὸν Ἀντίοχον οὐκ ἴσχυσεν. ἐμπρήσας γὰρ τοὺς πύργους καὶ τὸ τάφρου χάσμα, διήλαυνε [s] μὴ τὸ ῥωμαλέος. δεύτερον δ' ἐπὶ δευτέρῳ τὸ πρὸς τὸ κωλύσοντα ἅμιλλαν, εὐθὺς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας ἦλθ. τῶν δὲ ὁ βασιλεὺς, [t] ἀναχωρῶν εἰς τὰ

5. Attamen utrosque excipit Alexander mille quidem equitibus, peditibus vero mercenariis octo millibus: ipsi etiam aderant ex Judæis qui ei bene volebant ad decem millia. Erant autem ex adversa parte equitum quidem tria millia, peditum vero quadraginta millia. Et priusquam manus consererent, tentabant per præcones reges utrinque, an *aliquos* ad defectionem solicitare possent: Demetrius quidem Alexandri mercenarios; Alexander vero Judæos qui cum Demetrio erant ad se pertrahere sperans. Sed cum * neque Judæi ab iracundia cessarent, neque fidem Græci desererent, armis jam cominus decernebant. Cæterum pugna superior erat Demetrius, quamvis Alexandri mercenarii multa magno animo fortique manu facta ostenderunt. Eventus autem pugnæ utrisque præter opinionem cessit. nam neque Demetrio *licet* victori adhæsere qui eum acciverant; & fortunæ mutatæ misericordia sex Judæorum millia ad Alexandrum, qui in montes effugerat, se contulerunt. Hanc *rerum* inclinationem ferre non potuit Demetrius; sed Alexandrum jam quidem ratus iterum pugnando esse, gentemque universam ad ipsum transire, mox inde digressus est.

Alexander à Demetrio superatur. Antt. l. 13. c. 14. §. 1.

6. Non tamen reliqua multitudo, ex militis auxiliarii discessu, simultates deposuit: sed bello continuo tam diu cum Alexandro decertabat, donec is plerisque interfectis cæteros in urbem Bemeselim compulit, eaque eversa in Hierosolyma captivos abduxit. Verum immoderata fecit iracundia, ut crudelitas ejus ad impietatem usque procederet. nam captorum octingentis in media civitate cruci suffixis, mulieres earumque liberos mutuo in conspectu necavit: atque ista inter potandum & cum concubinis suis recubans aspiciebat. Tantus autem populum terror invasit, ut adversæ partis homines usque ad octo millia nocte sequente extra Judææ fines se proriperent, quibus exsilii finem attulit mors Alexandri. Tandemque, cum ejusmodi factis sero ægreque regno tranquillitatem dedisset, ab armis requievit.

Alexander sævit in Judæos. Antt. l. 13. c. 14. §. 12.

IV.

7. Rursus autem ei turbas creavit Antiochus, qui etiam Dionysus dictus est, Demetrii quidem frater, Seleucidarum vero ultimus. Hunc enim veritus, qui in Arabas expeditionem fecerat, totum quidem super Antipatrida montibus proximum & inter Joppes littora spatium fossa profunda dissecuit: ante fossam vero murum arduum erexit, turresque ligneas, ut faciles aditus obstrueret, fabricandas curavit. Non tamen Antiochum arcere valuit: nam turribus exustis fossaque repleta, *illac* cum copiis *suis* transit. nulla autem ratione habita eum à quo prohibitus fuerat ulciscendi, protenus in Arabas contendit. Horum autem rex, abscedens in regionis

Antiochus Dionysus in Judæos expeditionem facit. Antt. l. 13. c. 15. §. 1.

x Ἱππεῦσι μὲν χιλίοις] Ἱππεῦσι μὲν χιλίοις μισθοφόροις, πεζοῖς δὲ Bod. Ἱππεῦσι μὲν, χιλίοις μισθοφόροις πεζοῖς δὲ ὀκτακισ. Rost.

y Ὀκτακισχιλίοις.] In *Antt.* l. 13. c. 14. §. 1. Ἀλέξανδρος δὲ μὲν μισθοφόρων ἑξακισχιλίων καὶ Ἑλληνίων, Ἰουδαίων τε περὶ δισμυρίους, οἳ ἐφέποντο τοῖς ἐκείνου, ἐθαῤῥαλέων ἀπέπεμψε τὸν Δημητρίου.

z Μυρίους] Χιλίους Bod. & Rost.

a Καὶ πρὸ τοῦ χεῖρας ἐλθεῖν] Rost. Καὶ πρὶν φθῆναι ἐλθεῖν. Lugd. Bat. καὶ πρὶν ἕκαστον εἰς χ. τ.

b Θυμοῦ,] Lugd. Bat. αὐθύμων.

c Ἐπαίοντο πίστεως,] Διεκαίοντο Bod.

d Παρὰ δόξαν] Cas. παραδόξως.

e Εἰς] Abest a Rost.

f Τόγε λοιπὸν πλῆθος,] Τόγε πλῆθος MS. Lipsi. SPANH.

g Βεμέσηλιν] Βεθόμη πόλει ἄρχ. lib. 13. c. 14. §. 2. SPANH. Βεθόμων *Antt.* l. 13. c. 14. §. 2. unde suspicatur *Relandus* in Palæst. p. 623. Βεμέσηλιν corrupte scribi pro Βεθόμη πόλιν.

h Τὰ τοῦ ὠμότητος.] Τὸ τοῦ ὠμ. Bod. Big. & Voss.

i Ληφθέντων εἰς ὀκτακοσίους] Λειφθέντων Bod. εἰς abest a Rost.

k Ἀπέσφαξε] Cas. κατέσφαξε. ut & Lugd. Bat. κατέσφαξεν Rost.

l Ἀφεωράτο.] Ἀφιέρα Voss. & Big.

m Ἔσχε τὸν δῆμον,] Κατέσχε Bod.

n Ἀντίοχος,] Φιλίππου. ἀρχ. lib. 13. c. 15. §. 1. vid. Oxon. SPANH.

o Διόνυσος ἐπικληθεὶς,] Διονύσιος perperam in Bas. & Gen. Vide ad *Antt.* l. 13. c. 15. §. 1. Ita *Antt.* l. 13. c. 15. & recte; est enim Liberi Patris cognomen aliis quoque regibus usurpatum. In impressis male legi Διονύσιος, cum ex multis constat scriptoribus, tum ex hujus Antiochi nummis admodum frequentibus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ inscriptis. ALDR.

p Δημητρίου μὲν ἀδελφὸς ὤν,] Φιλίππου *Antt.* l. 13. c. 15. §. 1. Utrumque recte. Nam Antiochus Grypus quinque filios reliquit; Seleucum Epiphanem, Antiochum & Philippum gemellos, utrumque cognomine Philadelphum, Demetrium Eucærum, & Antiochum Dionysum: horum omnium meminit *Josephus*. ALDR.

q Τελευταῖος] Neque enim numerandum censet *Josephus* Antiochum illum Asiaticum sive Commagenum, qui cum totis 14 annis, quibus Syriam obtinebat Tigranes, latuisset potius quam regnasset, tandem ἐν ταῖς ἀκμαίαις ταῖς Πομπηίου annum unum adeo non regnavit, ut ne habenti quidem regnum adimere se dixerit Pompejus. *Appian.* in *Syr.* p. 133. *Justin.* LXI. 2. ALDR.

r Τῆς Ἀντιπατρίδος] Ἀντιπατρίδι infra cap. 21. §. 9. SPANH. τοῦ τῆς Ἀντιπ. Lugd. Bat. τῆς πατρίδος Rost.

s Μὴ τὸ ῥωμαλέος.] Delet τὸ Rost.

t Ἀναχωρῶν εἰς] Ἀναχωρήσας ἦν. Big. Bod. Rost. & Voss.

* Neque Judæi sacramenta, neque Græci fidem contemnerent, Rof.

nis loca pugnæ commodiora, dein cum equitibus derepente conversus, (numero autem erant ad decem millia) Antiochi milites, priusquam in ordinem cogerentur, adoritur. Verum acri prælio commisso, quamdiu quidem supererat Antiochus, impetum sustinebat ejus exercitus, quamvis magnam in eo stragem ediderint Arabes: ubi vero cecidit (nam & periculis semper se objiciebat ut victis succurreret) terga dant omnes, & ex illis quidem plerique partim in acie partim in fuga absumuntur, reliquis vero, in vicum Canam dilapsis, necessariorum inopia perire contigit, præter admodum paucos.

Antiochus ab Arabibus lacessitus. Antt. l. 13. c. 15. §. 1.

In prælio cadit. Antt. l. 13. c. 15. §. 1.

Aretas Cœles-Syriæ rex. Antt. l. 13. c. 15. §. 2.

Vincit Alexandrum. Antt. l. 13. c. 15. §. 2.

Alexander multas urbes in potestatem suam redigit. Antt. l. 13. c. 15. §. 4.

8. Deinde Damasceni, ex suo erga Ptolemæum Mennæi filium odio *inveterato*, Aretam sibi adsciscunt, & Cœles-Syriæ regem constituunt. Iste autem expeditionem facit in Judæam, cumque prælio vicisset Alexandrum, ex pactione discessit. Cæterum Alexander Pella capta Gerasam rursus petiit, Theodori divitiarum cupiditate: cumque triplici muro valloque custodes cinxisset, locum vi expugnat. Porro Gaulanam & Seleuciam subvertit, & Antiochi vallem, ut appellatur: insuper ubi Gamala validum castellum ceperat, & Demetrio in eo imperanti multa ob crimina provinciam ademerat, in Judæam revertitur, triennio in expeditione consumpto. Libenter autem à gente exceptus est, ob res prospere gestas: & quam primum à bello requievit, in morbum incidit. Et quoniam febri quartana laboravit, depulsum iri morbum credidit, si rursus negotiis sese admoveret. qua re fiebat, ut, cum intempestivæ militiæ sese daret, & ultra vires corpus laboribus vexaret, diem supremum obierit. Moritur itaque mediis in tumultibus, cum septem & viginti annos regnasset.

Moritur. Antt. l. 13. c. 15. §. 5.

χρησιμώτερα τ χώρας [v] πρὸς [tt] μάχην, ἔπειτα [x] [tt] ἵππον ἐξαίφνης ὑπιστρέψας, μυρίαν δ' ἦν τ ἀριθμὸν, [y] ἀτάκτοις ἐπιπίπτει τοῖς περὶ τ Αντίοχον. καρτερᾶς δὲ [z] μάχης γενομένης, ἕως μὲν περὶν Αντίοχος ἀντεῖχεν ἡ δύναμις αὐτῷ, καίπερ ἀνέδην ὑπὸ τῶν Ἀράβων φονευόμενοι. πεσόντος δὲ, ᾗ γὰρ προκινδύνευεν ἀεὶ τοῖς ἡττωμένοις βοηθῶν, ἐκκλίνουσι πᾶσιν, ᾗ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν, ὑπό τε τ περιλάξεως, [a] καὶ τῇ φυγῇ διαφθείρεται, τοὺς δὲ λοιποὺς, [b] καταφυγόντας εἰς Κανὰ κώμην, σπάνει τ ἐπιτηδείων ἀναλωθῆναι συνέβη πλὴν ὀλίγων ἁπάντων.

η'. Ἐκ τούτου Δαμασκηνοὶ περὶ τὸ πρὸς Πτολεμαῖον τ [c] Μεννάιου μῖσος, Ἀρέταν ἐπάγονται, ᾗ καθιστῶσι Κοίλης Συρίας βασιλέα. στρατεύει δ' ὑπ' ἐπὶ τ Ιουδαίαν, ᾗ μάχῃ νικήσας Ἀλέξανδρον, [d] χεῖν σωθέντας ἀνεχώρησεν. Ἀλέξανδρος δὲ, [e] Πέλλαν ἑλὼν, ἐπὶ [f] Γέρασαν [g] ἦλθε, [h] πάλιν, τ Θεοδώρου χήματων γλιχόμενος. ᾗ τρισὶ τοῖς φρουροῖς περιβόλοις [i] ἐπτειχίσας, περὶ μάχης τὸ χωρίον περιλαμβάνει. καταστρέφεται δὲ ᾗ [k] Γαυλανίτην, ᾗ Σελεύκειαν, ᾗ [l] τ Αντιόχου φάραγγα καλουμένην πρὸς οἷς Γάμαλα φρούριον καρτερὸν ἑλὼν, τ ἄρχοντα Δημήτριον ἐν αὐτῷ [m] περιδύσας ἐκ πολλῶν ἐγκλημάτων, ἐπάνεισιν [n] εἰς Ιουδαίαν, τρία πληρώσας ἔτη τ στρατιᾶς. ἀσμένως δ' ὑπὸ τ ἔθνους [o] προσεδέχθη περὶ τ εὐπραγίαν, ᾗ λαμβάνει τ ἀνάπαυσιν τ πολεμεῖν, περὶχην νόσου. [p] τεταρταίαις δὲ περιόδοις πυρετῷ ἐνοχλούμενος, ὥηθη [q] διακρύσας [r] τ νόσον, πάλιν ἀψάμενος πραγμάτων. διὸ δὴ στρατείαις [s] ἀκαίροις ἑαυτὸν [t] ἐπιδιδοὺς, ᾗ βιαζόμενος περὶ δύναμιν τὸ σῶμα πρὸς τὰς ἐνεργείας, ἀπήλλαξε. τελευτᾷ γὰρ ἐν μέσοις τοῖς θορύβοις στρεφόμενος, βασιλεύσας ἐπὶ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη.

CAP. V.

Regnante per novennium Alexandra, imperium penes Pharisæos.

Alexandra regnat. Antt. l. 13. c. 16. §. 1.

REgnum autem Alexandræ conjugi suæ reliquit, Judæos ei vel maxime dicto audientes fore non dubitans; quod cum longe ab ejus crudelitate abesset & legum violationi obsisteret, populi benevolentiam sibi conciliarit. Neque spes eum fefellit. namque muliercula, ex opinione quam de pietate præbuerat, principatum obtinuit: quippe quæ mores gentis patrios probe noverat, &

ΚΕΦ. ε'.

Αλεξάνδρας ἔτεσιν ἐννέα βασιλευούσης, τ ἀρχὴν ἔχουσιν οἱ Φαρισαῖοι.

ΚΑταλείπει δὲ τ βασιλείαν Αλεξάνδρα τῇ γυναικὶ, πεπεισμένος ταύτῃ μάλιστα νῦν [v] ὑπακούσεσθαι τοὺς Ιουδαίους, ἐπειδὴ τ ὠμότητι αὐτῆς μακρὰν ὑπέδυσα, ᾗ ταῖς παρανομίαις [x] ἀνθιστᾶσα, τ δῆμον εἰς εὔνοιαν προσηγάγετο. ᾗ ὃ δήμαρτε τ ἐλπίδος. ἐκράτησε γὰρ τ ἀρχῆς τὸ γύναιον, διὰ δόξαν εὐσεβείας. [y] ἠκρίβου γὰρ δὴ τὸ ἔθνος μάλιστα τὰ πάτρια, ᾗ τοὺς τιμω-

v Πρὸς τὴν μάχην,] *Rost.* Πρὸ τ μάχης.

x Τὴν ἵππον] Nota τὴν ἵππον femininum de *Equitatu*, ut sæpe apud Poëtas; Æschyl. Pers. v. 315. & quæ ibi noto. SPANH.

y Ατάκτοις ἐπιπίπτει] *Cas.* ἀτάκτως & *Rost.* qui ἀτάκτως περιπίπτει, commodius *Lugd. Bat.* αὐτάκλως περιπίπτει, sed placet magis vulgata lectio. HAV.

z Μάχης] *Lugd. Bat.* τ μάχης.

a Κὰν τῇ φυγῇ] Καὶ τ φυγῆς *Bod. Rost.* & *Lugd. Bat.*

b Καταφυγόντας εἰς Κανὰ κώμην,] Κανὰ Syriæ ἀρχ. lib. 13. c. 15. §. 1. & lib. 15. c. 5. §. 1. Καναθὰ ἄλλως. lib. 1. c. 19. §. 2. & Euseb. קנת *Num.* 32. 41. Ox. SPANH.

c Μεννάιου μῖσος,] Μεννάιν & ita ἀρχ. lib. 13. c. 15. §. 2. Cœles S. SPANH. Ita *Big.* & *Bod. Rost.* Μιναίου *Bas.* & *Gen.* cum *aliis*. Mallem τ Μεναῖον ex Antiq. l. 13. c. 16. §. 3. atque ita forsan legendum Antiq. l. 14. c. 15. §. 2.

d Καὶα σωθέντας ἀνεχώρησεν.] Επὶ σωθέντας in *Antt.* ibidem.

e Πέλλαν ἑλὼν,] Conf. inf. lib. 2. c. 18. §. 1. ut & lib. 3. c. 3. §. 3. Φιλαδελφηνῆ δὲ Γεράσοις ut in *MSS. Lipsiens.* benè & firmatum, non Γεράροις. SPANH. Δίαν vel Δῖον *Antt.* ibidem §. 3. *Stephanus Byzantinus* septem urbes ennumerat hoc nomine appellatas; harum septima est Κοίλα Συρίας, κτίσμα Αλεξάνδρου, ἡ δὲ Πέλλα. *Josepho*, *Plinio*, *Ptolemæo* Pella & Dium sunt vicinæ urbes, sed diversæ. *Jos. Antt.* l. 14. c. 4. §. 4. *Plin.* V. 18. *Ptol.* V. 15. ALDR.

f Γέρασαν] Ita *Big. Rost. Bod. Voss.* & ipse alibi *Josephus*. Γέρασα & Γέρα in *Impressis*. Erant *Antt.* l. 14. c. 4. §. 4.

g Ηει] *Lugd. Bat.* ἦκεν.

h Πάλιν,] Ita *Voss. Big.* & *Rusin.* πόλιν in *Impressis*.

i Απτειχίσας,] Απθειχίζειν *circumdare*. Vide Epictetum REL. ἐπιτειχίζας *Rost.*

k Γαυλανίτην,] Vide ad Antiq. l. 13. c. 15. §. 3.

l Τὴν Αντιόχου φάραγγα καλουμένην.] Conf. Antt. lib. 13. c. 15. §. 3. Polyb. lib. 5. p. 403. de Seleuciæ situ, τὴν Σελεύκειαν συμβαίνει κεῖσθαι διεζευγμένην φάραγγι κοίλῃ ἐ δυσβάτῳ. SPANH.

m Περιδύσας ἐκ πολλῶν ἐγκλημάτων,] Ita *MSS.* ALDR. ipseque *Josephus* in Antiq. ibidem. περιδήσας in *Editis*.

n Εἰς Ιουδαίαν,] Voculam τὴν intulerit *Lugd. Bat.*

o Προσεδέχθη] Simpliciter ἐδέχθη *Rost.* & *Lugd. Bat.*

p Τεταρταίαις δὲ περιόδοις πυρετῷ] Τεταρταίῳ πυρετῷ &c. *Antt.* lib. 13. c. 15. §. 2. SPANH.

q Διακρούσασθαι] *Lugd. Bat.* Διακρούσασθαι.

r Τὴν νόσον,] Τὴν ἀρρωστίαν *Big. Bod. Voss.* & *Rost.*

s Ακαίροις] *Rost.* ἀκαίρως.

t Επιδιδοὺς, ἐ βιαζόμενος] Distinctionem & voculam ἐ tollit *Lugd. Bat.*

v Υπακούσεσθαι] *Lugd. Bat.* ἐπακούσεσθαι.

x Ανθισταμένη, τ δῆμον εἰς εὔνοιαν] *Rost.* & *Lugd. Bat.* ἐνστᾶσα τ δῆμον, πρὸς. (*Lugd. Bat.* εἰς) εὖν.

y Ηκρίβου γὰρ δὴ] Medium γὰρ tollit *Rost.*

πλημμελῆντας εἰς τὰς ἱερὰς νόμους ἐξ ἀρχῆς [z] ἀπεζήλετο. δύο δ' αὐτῇ παίδων ὄντων ἐξ Αλεξάνδρου, τ μὲν πρεσβύτερον Υρκανὸν, ἀφ' τε τ ἡλικίαν [a] ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα, ϗ ἄλλως ὄντα νωθέστερον [b] ἢ ὡς τε ἐνοχλεῖν περὶ τῶν ὅλων. τὸν δ νεώτερον Αριστόβουλον, ἀφ' θερμότητα κατεῖχεν ἰδιώτου.

β'. Παραφύεται δὲ αὐτῇ εἰς τ ἐξουσίαν [c] Φαρισαῖοι, σύνταγμά τι Ιουδαίων, [d] δοκοῦν εὐσεβέστερον εἶναι τῶν ἄλλων, ϗ τὰς νόμους [e] ἀκριβέστερον ἀφηγεῖσθαι. τούτοις πειστὸν δή τι προσεῖχεν ἡ Αλεξάνδρα, σεβομένη περὶ τὸ θεῖον. οἱ δὲ τ ἀπλότητα τῆς ἀνθρώπου κατὰ μικρὸν ὑπιόντες, ἤδη καὶ διοικηταὶ τῶν ὅλων ἐγίνοντο, διώκειν τε καὶ κατάγειν ὃς ἐθέλοιεν, λύειν τε [f] καὶ δεῖν. καθόλου δ' αἱ μὲν ἁπλαύσεις τ βασιλείας ἐκείνων ἦσαν, τὰ δὲ ἀναλώματα ϗ αἱ δυσχέρειαι τ Αλεξάνδρας. δεινὴ δ' ἦν τὰ μείζω διοικεῖν, δύναμίν τε ἀεὶ συγκροτοῦσα, διπλασίονα κατέστησε, ϗ ξενικὴν συνήγαγεν οὐκ ὀλίγην. ὡς μὴ μόνον [g] κρατύνεσθαι τὸ οἰκεῖον ἔθνος, [h] ἀλλὰ ϗ φοβερὰν τοῖς ἔξωθεν εἶναι δυνάστας. ἐκράτει δὲ τῶν μὲν ἄλλων αὐτὴ, Φαρισαίοις δ' αὐτῆς.

γ'. Διογένην γοῦν τινα τῶν ἐπισήμων, φίλον Αλεξάνδρῳ γεγενημένον, κτείνυσιν αὐτοὶ, σύμβουλον ἐγκαλοῦντες γεγονέναι περὶ τῶν ἀναστανρωθέντων ὑπὸ ᾧ βασιλέως ὀκταχοσίων. ἔπεμπον δ' τ Αλεξάνδραν εἰς τὸ ϗ [i] τοὺς ἄλλους [k] διαχειρίσασθαι τῶν παροξυνάντων ἐπ' ἐκείνης τ Αλέξανδρον. [l] ἐνδιδόντος δ' ὑπὸ [m] δεισιδαιμονίας, ἀνῄρουν ὃς ἐθέλοιεν [n] δ' αὐτοί. προσφεύγουσι δὲ Αριστοβούλῳ τῶν κινδυνευόντων οἱ προὔχειν δοκοῦντες. καὶ πείθει τ μητέρα, [o] φείσασθαι μὲν ἀφ' τὸ ἀξίωμα τῶν ἀνδρῶν. ἐκπέμψαι δ' αὐτοὺς, εἰ μὴ καθαροὺς ὑπείληφεν, ἐκ τ πόλεως. οἱ μὲν οὖν, δοθείσης ἀδείας, ἐσκεδάσθησαν ἀνὰ τ χώραν. Αλεξάνδρα δ ἐκπέμψασα ὅτι Δαμασκὸν στρατιὰν, πρόφασις δ' ἦν Πτολεμαῖον ἀεὶ θλίβων τ πόλιν, ταύτῃ μὲν [p] ὑπεδέξατο μηδὲν ἀξιόλογον [q] ἐργασαμένην. Τιγράνην δ τ Αρμενίων βασιλέα προσκαθεζόμενον [r] Πτολεμαΐδι, ϗ πολιορκοῦσα Κλεοπάτραν, συνθήκαις ϗ δώροις ὑπηγάγετο. φθάνῃ δ' ἐκεῖνον ἀπαναστὰς ἀφ' τὰς οἴκοι ταραχὰς, ἐμβεβληκότος εἰς τ Αρμενίαν [s] Λευκύλλου.

δ'. Κἂν τούτῳ νοσούσης Αλεξάνδρας, ὁ νεώτερος τ παίδων Αριστόβουλος, τ καιρὸν ἁρπάσας, μετ τ οἰκετῶν, εἶχε δὲ πολλοὺς ϗ πάντας εὐνοῦς ἀφ' τ θερμότητα, [t] κρατεῖ μὲν τῶν ἐρυμάτων ἁπάντων. τοῖς δ' ἐκ τούτων χρήμασι μισθοφόρους ἀθροίσας, ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι βασιλέα. πρὸς ταῦτα, ὀδυρόμενον τ Υρκανὸν ἡ μήτηρ εἰκτείρασα, τ τε γυναῖκα ϗ τοὺς παῖδας [u] Αριστοβούλου

quotquot leges ſacras temeraſſent * poteſtate omni exuebat. Cum autem duos filios ex Alexandro haberet, natu quidem maximum Hyrcanum, & propter ætatem pontificem facit, & quod præterea ſegnior eſſet quam ut de rerum ſumma ei moleſtiam faceſſeret; minorem vero Ariſtobulum, quod fervidioris eſſet ingenii, inter privatæ vitæ officia continebat. *Hyrcanus & Ariſtobulus Alexandri filii. Ant.* l. 13. c. 16. §. 1.

2. Ei autem ſeſe ad poteſtatem *participandam* adjungunt Phariſæi, factio quædam Judæorum, qui præter alios pietatem colere putarentur, & peritius leges interpretari. Ob eam cauſam eo magis eis auſcultabat Alexandra, utpote religioſa erga Deum. Illi autem in fœminæ ſimplicis conſuetudinem paulatim ſe inſinuantes, ſtatim res omnes gubernant & moderantur, ita ut quoſvis pro libidine in exſilium pellant & ab eo revocent, ſolvant ligentque. in univerſum & illi regni quidem commodis fruebantur, expenſas vero & difficultates Alexandra perferebat. Eadem autem artis gnara erat res arduas adminiſtrandi; atque copiis colligendis ſemper intenta, duplo majorem conſtituit exercitum, & non pauca ſibi comparavit auxilia peregrina: adeo ut gentis ſuæ vires auxerit, ſeque dynaſtis exteris metuendam reddiderit. In alios autem imperium ipſa quidem habebat, in ipſam vero Phariſæi. *Phariſæi Alexandræ ſeſe adjungunt. Antt.* l. 13. c. 16. §. 2. *In omnibus dominantur. Antt.* l. 13. c. 16. §. 2.

3. Quare Diogenem virum quendam illuſtrem, qui Alexandro fuerat amicus, illi interficiunt; ejus conſilio factum criminati, quod octingenti regis juſſu in crucem fuerint ſublati. Induxerunt etiam Alexandram, ut & alios, quibus auctoribus Alexander in eos concitatus erat, *ſimiliter* occideret. Cumque illis præ religione totam ſe dederet, quos etiam ipſi vellent trucidabant. Ad Ariſtobulum autem confugiunt ex periclitantibus, qui viſi ſunt eminentiſſimi. Atque ille matri perſuadet, ut viris quidem propter dignitatem parceret, civitate autem eos pelleret, niſi culpæ immunes eſſe crederet. Et quidem illi, data ſibi impunitate, per regionem diſperſi erant. Alexandra vero, miſſo in Damaſcum exercitu, prætexens Ptolemæum ſine intermiſſione civitatem premere, illam quidem nulla re memorabili geſta recepit: Tigranem vero Armeniorum regem, qui, admoto Ptolemaïdi milite, Cleopatram obſidebat, pactionibus doniſque ſolicitat: atqui ille prior inde movit domeſticarum turbarum metu, quod in Armeniam incurſionem fecerat Lucullus. *Seviunt in Judæos. Antt.* l. 13. c. 16. §. 2. *Damaſcus ab Alexandra recepta. Antt.* l. 13. c. 16. §. 3. *Cleopatra Selene à Tigrane obſeſſa. Antt.* l. 13. c. 16. §. 4. *Et liberata. Ariſtobulus regnum occupat. Antt.* l. 13. c. 16. §. 3.

η. Καὶ ὃς, ὑπολαμβάνων [t] ἄκοντος μὲν βασιλέως ἀφυγεῖν, εἰς Δαμασκὸν ἀνεχώρησε πρὸς Σέξτον, παρασκευαζόμενος [v] εἰ δ' αὖθις ὑπακοῦσαι [x] καλοῦντι. καὶ πάλιν οἱ πονηροὶ παρώξυνον Ὑρκανὸν, κατ' ὀργήν τε οἰκεῖα τ Ἡρώδην λέγοντες, καὶ παρεσκευασμένον κατ' αὐτῶ. πιστεύων δ' ὁ βασιλεὺς οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρὴ δρᾶν, εἰς ἑώρα μείζονα τ ἀφορον. ἐπεὶ δὲ [y] ὑπὸ Σέξτου Καίσαρος [z] στρατηγὸς ἀνεδείχθη Κοίλης Συρίας καὶ Σαμαρείας, εἰ μόνον τε κατ' εὔνοιαν τ ἐκ τοῦ ἔθνους, [a] ἀλλ' ὅτι δυνάμει φοβερὸς ἦν, εἰς ἔσχατον δεῖος κατέπεσεν, [b] ὅσον οὔπω προσδοκῶν ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσειν μετὰ στρατιᾶς.

θ. Καὶ εἰ διήμαρτε τ [c] οἰήσεως. ὁ μὲν Ἡρώδης, κατ' ὀργὴν τ περὶ τ δίκην ἀπειλῆς, στρατιὰν ἀθροίσας, ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἦγε, [d] καλαλύσων τ Ὑρκανόν. καὶ ἔφθη τοῦτο ποιήσας, εἰ μὴ [e] συνεξελθόντες, ὅ, τε πατὴρ καὶ ἀδελφὸς, ἔκλασαν αὐτῶ τ ὁρμὴν, παραπαλθντες [i] αὐτὸν ἀπειλῆ καὶ [g] ἀναλάσει μόνη μετρῆσαι τ ἄμυναν, φείσασθαι τῆς βασιλέως, [h] ὑφ' ὧ μέχρι τοσούτης δυνάμεως προῆλθε. δεῖν τε, εἰ κλη θεὶς ὑπὲρ δίκην παρώξυνται, καὶ περὶ τ ἀφέσεως εὐχαριστεῖν; [i] καὶ μὲν πρὸς μὲν τὸ σκυθρωπὸν ἀπαντᾶν, περὶ δὲ τ σωτηρίας ἀχάριστον εἶναι. [k] εἰ [l] δὲ δὴ λογιστέον εἴη καὶ πολέμου ροπὰς [m] βραβεύσαντι τῷ

state. Et quousque in errore versabitur, reges in sui perniciem nutriens? nec enim eos amplius simulare *rerum* procurationem, sed manifestos esse dominos, ipso *ab imperio* deturbato. si quidem Herodes, neque suis mandatis neque literis fretus, tantam multitudinem contra legem Judæorum interfecerit; eumque, si jam regnum non teneat, sed adhuc privatus sit, ad judicium venire debere, *factorum* rationem & ipsi & legibus patriis redditurum, quæ homines non condemnatos occidi prohibent.

7. His paulatim accendebatur, tandemque ira excandescens Herodem ad causam dicendam accersit. Ille vero, & patris monitu & quod fiduciam ei adderent res gestæ, ascendebat, firmata prius præsidiis Galilæa. Ibat autem * valida manu stipatus, ut nec Hyrcanum deturbaturus videretur magnis adductis copiis, neque in invidos nudus armis incidat. Sextus autem Cæsar adolescenti metuens, ne ab inimicis interceptus mali aliquid pateretur, ad Hyrcanum mittit, qui ei expresse denunciarent, ut Herodem † sententia capitali liberaret. Hyrcanus autem, per se quoque id cupiens, nam Herodem diligebat, eum absolvit.

Herodes in judicium vocatur, & absolvitur. Antt. l. 14. c. 9. §. 5.

8. Atque is, invito rege *ex periculo* evasisse ratus, Damascum se contulit ad Sextum, ita comparatus, ut nequaquam obtemperaret, si denuo accitus esset. Rursumque ab improbis irritabatur Hyrcanus, qui dicerent & Herodem iratum abiisse, & paratum esse contra ipsum *bellum movere*. Rex autem *istis* fidem habens, quid agendum esset nesciebat, ut qui inimicum se potentiorem esse viderit. Postquam vero à Sexto Cæsare Cœles-Syriæ & Samariæ præses fuisset declaratus, non solum ex gentis in eum benevolentia, sed quod & *sua* potentia terribilis esset, in timorem extremum incidit, jamjamque illum contra se exspectans cum exercitu esse venturum.

Ad Sextum Cæsarem se confert. Antt. l. 14. c. 9. §. 5.

Herodes à Sexto Cæsare præficitur Cœle-Syriæ. Antt. l. 14. c. 9. §. 5.

9. Neque opinione falsus est. namque Herodes, iratus ei ob intentatam sibi accusationem, cum exercitum coëgisset, Hierosolyma *eum* ducebat, Hyrcanum regno deturbaturus. idque *sane* facere occupasset, nisi pater & frater, simul *ei obviam* profecti, impetum ejus fregissent, ipsum obsecrantes ut ultra minas & terrorem in vindicta non procederet, sed regi parceret, sub quo ad tantam potentiam provectus est: atque debere *dicentes*, si indignaretur quod in judicium vocatus esset, ‡ & gratias agere quod fuerit absolutus, & non ad severiora se recipere, & pro salute accepta ingratum semet ostendere. Quod si vero reputandum sit Deum

Suadetur Herodi ne bellum inferat Hierosolymitanis. Antt. l. 14. c. 9. §. 5.

[k] Εἴγε μήτε ἐντολὰς δόντος,] In *Cod. Voss.* ὅτε pro εἴγε.
[l] Πατρίοις] *Rost.* & *Lugd. Bat.* amant Πατρῴοις.
[m] Οἳ κτείνειν] Indemnatum nefas occidere Judæum legibus. Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 3. SPANH.
[n] Ἐξεκαίετο,] *Rost.* Ἐξεκαύετο.
[o] Καταλύειν] Confer quæ scripsimus ad vitam *Josephi* §. 16. Καταλύειν *destruere*, non ut dicit Rufinus, *derogare* ἀρχ. lib. 10. c. 7. §. 3. καταλύσειν τὴς Βαβυλωνίας ἡγεμονίας. mox cap. 11. §. 7. Ὑρκανὸν καταλύσας & cap. 13. §. 1. καταλῦσαι δὲ τ Ὑρκανόν. Vid. & seq. §. 9. SPANH.
[p] Ἐμπέσοι τῷ φθόνῳ.] Ἐμπέσῃ *Bod.* & mox πάθοι, v. 40.
[q] Περὶ τῷ παιδί,] Περὶ τοῦτο *Bod. Rost.* & *Lugd. Bat.*
[r] Ἀπολειφθεὶς πάθῃ,] *Lugd. Bat.* Ἀπολιφθεὶς, & mox πάθοι. *Rost.*
[s] Τῆς φονικῆς δίκης.] Sic de eo φόνου δίκην φεύγειν ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 4. SPANH.
[t] Ἀκοντος μὲν βασιλέως] Et sciebat tamen Herodes se non volente tantum Rege, sed & ejus beneficio servatum, vide *Antt.* l. 14. c. 9. At hoc factum vir ingratus non tam Regis erga se voluntati quam Sexti Cæsaris autoritati tribuebat. ALDR.
[v] Οὐδ' αὖθις] *Lugd. Bat.* Οὐδὲ αὖθις.
[x] Καλοῦντι.] *Rost.* Καλοῦντι τῷ Ὑρκανῷ.
[y] Ὑπὸ Σέξτου] *Lugd. Bat.* Ἀπὸ Σέξου.
[z] Στρατηγὸς ἀνεδείχθη] Ita lego è *Cod. Bod.* (& *Lugd. Bat.* atque *Rost.* neque enim ii quoque illud è agnoscunt) in *aliis*, ἐπεὶ δὲ ὑπὸ Σέξτου Καίσαρος στρατηγὸς ἀνεδείχθη Κοίλης Συρίας καὶ Σαμαρείας, εἰ μόνον τε κατ' εὔνοιαν τὴν ἐκ τοῦ ἔθνους, ἀλλὰ & δυνάμει &c. & apud *Rufinum*, Cum vero à Sexto Cæsare dux militum per Syriam itemque per Samariam declaratus esset Herodes, neque solum propter gentis favorem, sed etiam &c.
[a] Ἀλλ' ὅτι] *Gen.* Ἀλλα ϵ.
[b] Ὅσον οὔπω] *Rost.* Ὑρκανὸς ὅσον οὔπω.
[c] Οἰήσεως.] *Rost.* ex glossa αἰσθήσεως τ ὑπολήψεως.
[d] Καθαλύσων] Καθαλύων *MS. Big.* & *Voss. Ox.* vid. & supra §. 7. SPANH.
[e] Συνεξελθόντες,] Ita *Big. Voss.* & *Ruf.* Προεξελθόντες in *cæteris*.
[f] Αὐτὸν] *Lugd. Bat.* Καὶ αὐτὸν.
[g] Ἀναλάσει] Ἀνάτασις ira, comminatio. Athenæus lib. 4. p. 157. D. ubi ἀνάλασιν pro ἀναίασιν seu *iram* emendat Casaub. An. p. 285. Sic Philoni ἀπαλάτασις ut & *Syriano* idem significat p. 219. 222. SPANH.
[h] Ὑφ' ᾧ μέχρι] Ὑφ' ἓ *Big. Bod.* & *Voss.*
[i] Καὶ μὴ] Prior vocula abest a *Lugd. Bat.*
[k] Εἰ δὲ — ἀδίκων.] *Voss.* πολ. ροπ. βραβεύσαντι, θαυμάσιον εἶναι τ πατ', τ. ἀδ. & ita ferme *Rufin.* Ipse Joseph. ἀρχ. lib. 14. c. 9 § 5. πολέμου ῥοπὰς βραβεύσαντος τὸ θεῖον, πλέον ἴσχι & στρατιᾶς τὸ ἀσθλον. SPANH.
[l] Δὲ δὴ λογιστέον] Illud δὲ è *Cod. MSS.*
* De sufficienti, nec nimis metuendo corporis præsidio intellige, ut patet ex *Antt.* HAV.
† Homicidii crimine, *Ruf.*
‡ Quia tamen absolutus est, gratias ageret, neque tristibus quidem paria referret, saluti vero esset ingratus. *Ruf.*
[m] Βραβεύσαντι τῷ Θεῷ,] Βραβεύσαντος τ Θεοῦ, i. e. Βραβεύσαι τ Θεὸν, *Antt.* l. 14. c. 9. in fine. Πλεῖον εἶναι, i. e. *præponderaturum*, ita ut magnum Hyrcano momentum ad victoriam afferret. Sic expones, si vocem ἄδικον retineas, quam libri omnes hoc loco (*Impressi* pariter & *MS.*) exhibent. Verum *Josephus* sui optimus interpres, *Antt.*

Deum belli casus regere & moderari, plus valiturum esse iniquum quam exercitum *sibi persuadeat*. quocirca non oportere ipsum etiam de victoria omnino bene sperare, qui congressurus esset & cum rege, & socio, deque se quidem sæpe numero bene merito, difficili autem nunquam, nisi in quantum malis usus consiliariis * videretur eum injuria affeciſſe. Istis autem flectitur Herodes, ratus sufficere sibi ad futuras spes quod potentiam suam genti demonstrasset.

Bellum ortum ex nece Sexti Cæsaris. Antt. l. 14. c. 11. §. 1.

10. Atque interea tumultus inter Romanos oritur apud Apamiam, & bellum civile, ex eo quidem quod Cecilius Bassus, ex sua in Pompejum benevolentia, Sextum Cæsarem dolo necaverit, ejusque militem occupaverit; alii vero Cæsaris duces, ut Sexti necem ulciscerentur, cum omnibus copiis suis Bassum adorti fuerint. Quibus, tam interempti quam superstitis Cæsaris causa, amborum sui amicorum, subsidium per filios suos misit Antipater. Cum autem bellum traheretur, Marcus † ex Italia venit, qui Sexto succederet.

Marcus (alias Murcus) Sexto succedit, Antt. l. 14. c. 11. §. 1.

Θεῷ, [n] πλεῖον εἶναι τ γραλιᾶς τὸ ἄδικον. διὸ δὴ χ [o] περὶ τ νίκης ὰ χρῆναι χτ' πᾶν εὐελπιν εἶναι, μέλλοντά τε συμβάλλειν [p] βασιλεῖ, χ συνιόφῳ, χ πολλάκις μὲν [q] εὐεργέτη. χαλεπῷ δὲ ὐδέποτε, πλὴν ὅσον πονηροῖς συμβούλοις χρώμενος, ὑπεισέσειεν αὐτῷ σκιὰν ἀδικήματος. [r] πείθεται δὲ τούτοις Ηρώδης, [s] ὑπολαβὼν εἰς τὰς ἐλπίδας αὔταρκες εἶναι, χ τὸ [t] ἰσχὺν ὑποδείξασθαι τῷ ἔθνει.

ι'. [u] Κατ' τοῦτο γίνεται περὶ Απάμειαν ταραχὴ Ρωμαίων, χ πόλεμος ἐμφύλιος, [v] Κεκιλίου μὲν [x] Βασσου, ἀφ' τ εἰς Πομπήιον εὐνοιαν, δολοφονήσαντος Σέξτον Καίσαρα, χ τ ἐκείνου δύναμιν προσλαβόντος, τ δ' ἄλλων [y] Καισαρος στρατηγῶν, ὑπ' τιμωρίᾳ τοῦ φόνου [z] Βάσσῳ συμβαλόντων μὴ πάσης τ δυνάμεως. οἷς χ ἀφ' τ ἀνηρημένου, χ ἀφ' τ προσόντα Καίσαρα, φίλους ὄντας ἀμφοτέρους, ὁ Ἀντίπατρος ἀφ' τ παίδων ἔπεμψε συμμαχίαν. μηχυσμένου δ' τ πολέμου, [a] Μάρκος μὲν ἀπὸ τ Ιταλίας Σέξτου προσγίνεται ἀφίκετο.

CAP. XI.

ΚΕΦ. ια'.

IX. *Herodes fit totius Syriæ procurator, quem veritus Malichus Antipatrum veneno tollit, Malichum vero interficere tribunis militum persuadetur.*

Ηρώδης ὑποδείκνυται Συρίας ἁπάσης ὑπομελητὴς, ὃν δείσας ὁ Μάλιχος φαρμάκῳ Ἀντίπατρον ἀναιρεῖ, Μάλιχον δ' ἀφανίζειν πείθουσι χιλίαρχοι.

Bello civili orto post mortem Cæsaris in Syriam venit Cassius. Antt. l. 14. c. 11. §. 2.

SUB idem autem tempus Romanis magnum bellum conflatum est, quòd Cassius & Brutus derepente Cæsarem dolo occidissent, postquam annos tres & sex menses imperium tenuerat. Maximo deinde ex illa cæde motu concitato, virisque primariis inter se dissidentibus, ad id propria quisque spe ducebatur, quod maxime in rem suam facere existimabat. Adeoque Cassius in Syriam veniebat, copias occupaturus quæ ad Apamiam erant. ubi cum & Marcum Basso & legiones, quæ ab eo dissenserant, conciliasset, obsidione quidem liberat Apamiam, ipse vero exercitum ductans ur-

Συνίστα δὲ Ρωμαίοις κτ' τοῦτον τ καιρὸν ὁ μέγας πόλεμος, Κασσίου χ Βρούτου [b] ἄφνω κτεινάντων δόλῳ Καίσαρα, κραταιώντα τ ἀρχὴν [c] ἐπ' ἔτη τρία χ μῆνας [d] ἑπτά. μεγίστου δ' ὑπὸ τῷ φόνῳ γενομένου κινήματος, χ [e] διαστασιαζόντων τ δυνατῶν, ἕκαστος [f] ἐλπίσιν οἰκείαις ἐχώρει πρὸς ὃ [g] συμφέρειν ὑπελάμβανε. χ [h] δὴ ἦκε Κάσσιος εἰς Συρίαν, [i] καταλαμβάνων τὰς περὶ Απάμειαν δυνάμεις. ἔνθα Βάσσῳ τε Μάρκον χ τὰ διεστῶτα τάγματα προσλλάξας, ἐλευθεροῖ μὲν Απάμειαν τ πολιορκίας, ἡγεμὼν δ' αὐ-

l. 14. c. 9. in fine. sic scribit. λογιζομένοις δὲ ὡς εἰ τὰ πολέμου ῥοπὰς βραβεύει τὸ θεῖον, πλέον εἰς τ γραλιᾶς τὸ ἄδηλον: *belli exitum aliunde satis incertum: multo adhuc incertiorem si Deum arbitrum cogitaret*: quippe merito timeri ne plus apud Deum valeat causa principis, &c. In *Cod. Voss.* εἰ δὲ δὴ λογισίου εἴη τὰ πολέμου ῥοπὰς βραβευούσαις, Σταθμὸν εἶναι τ γραλιᾶς τὸ ἄδικον. eodemque modo *Rufinus* legisse videtur, omisso tantum βραβευούσαις. nam vertit, *quod si etiam momenta bellorum reputanda viderentur, iniquitatem militiæ consideraret*. mihi quidem satis commode legi videtur, εἰ δὲ δὴ λογισίου εἴη τὰ πολέμου ῥοπὰς βραβευούσαις τῷ Θεῷ, Σταθμὸν εἶναι τ γραλιᾶς τὸ ἄδικον. *quod si præterea credi possit, Deum arbitrum momenta belli ponderare; spectet quam iniquum ipse bellum moliatur*: nec victoriam facile speret, contra regem, subditus; contra bene merentem ingratus &c. Præoptaverim tamen lectionem alteram, quam *Josephus* ipse in *Originibus* vel servavit vel certe prætulit. ALDR.

n Πλεῖον εἶναι] Πλέον εἶναι *Bod.* & *Antt.* l. 14. c. 9. in fine. HUDS. Sensus est, majus illi periculum fore ab iniquitate causæ, quam auxilium a magnitudine exercitus. HAV.

o Περὶ] *Lugd. Bat.* Τὸ περὶ, unde mox εὐλαβὲς *Coccejus* conjicit esse legendum, cum alias illud τὸ alienum sit. HAV.

p Βασιλεῖ,] Abest a *Lugd. Bat.*

q Εὐεργέτη.] Εὐεργετήσαντι *Voss.*

r Πείθεται δὲ] Illud δὲ delet *Lugd. Bat.* & rectius videtur abesse. HAV.

s Ὑπολαβὼν] Ὑπολαβεῖν &c. i. e. *ratus sufficere sibi ad futuras spes, quod potentiam suam genti demonstrasset.* ALDR.

t Κατ' τοῦτο] Confer *Antt.* l. 14. c. 11. §. 1. *Dionem* l. XLVII. p. 342, 343. *Appianum* in *Civil.* III. p. 575, 576. IV. p. 623. & seqq. *Livium Freinshemii* CXIV. 1—4. CXXI. 1—8. *Strabonem* l. XVI. p. 753. *Ciceronem* in *Epist. ad Fam.* XII. 12. *Vellejum* l. II. c. 69. ALDR.

u Κεκιλίου] Rectius forsan Καικιλίου. Sed quo modo scripserit *Josephus*, plane incertum. Κικιλίου *Voss.* Κικιλίου *Big. Bod.* Καικιλίου. Alii scriptores. In sequentibus quoque pro Βάσσος, Βάσσῳ, pro Κάσσιος, Κάσσιον, pro Σίσσις, Σίσσιν aliaque id genus occurunt. Sed ejusmodi leves discrepantias (præsertim in nominibus propriis) præterire satius puto, & deinceps præteribo; præterquam ubi menti scriptoris, aut Historiæ fidei obesse possunt. ALDR. *MS.* Κικιλίου & Καικιλίου *Ox.* ἀρχ. lib. 14. c. 11. §. 1. Βάσσος Κικιλίος. SPANH.

x Βασσου,] *Lugd. Bat.* Βασσου.

y Καισαρος στρατηγῶν,] Abest a *Rost.*

z Βάσσῳ συμβαλόντων] Βάσσῳ μὴ δυνάμεως σωιελθόντων *Big.* & *Voss.*

a Μάρκος] Hunc virum, cujus sæpe meminit *Josephus*, cuncta ejus exemplaria constantissime *Marcum* appellant. Quæ si vera sit lectio, intelligendus est utique Marcus Crispus, qui Apamiæ Bassum obsedit. Verum illum Bithynia evocatum obsidionis sibi socium adjunxerat *Statius Murcus* ab ipso Cæsare contra Bassum missus. Quæque deinceps narrat *Josephus* non tam *Marco* illi *Crispo*, quam huic *Murco* conveniunt: ut sit admodum verisimile successorem Sexti Julii, non Μάρκον fuisse sed Μοῦρκον à *Josepho* ubique appellatum. Ita censuit *Casaubonus*; quem vide *Exercit.* I. p. 120. & p. 133. Vide & *Ursinum* in *Familiis*, *gente Statia*. Adde insuper quod illum Crispum non *Marcum* sed *Marcium* appellat *Cicero* in *Philipp.* II. *Brutus* etiam *Ciceroni*; lib. ad *Brut.* ep. 5. atque *Vellejus* II. 96. ALDR.

b Ἄφνω κτεινάντων] Ἄφνω non legisse videtur *Ruf.* HUDS. Neque etiam *Lugd. Bat.* & *Rost.* agnoscunt, & ingrato quoque sono colliduntur ἄφνω & δόλῳ. unde suspicor, incuria descriptoris alicujus ex superiori versu influxisse, quum ibi commodiorem habuerit locum post Συρίαν δὲ. Romanis enim subito illud bellum coortum est & inopinantibus. Iidem *MS.* legunt κτεύνασι, ac si Brutum solum vel Cassium nominasset *Josephus*. HAV.

c Ἐπ' ἔτη] Prius non agnovit *Lugd. Bat.*

d Ἑπτά.] In *Antt.* l. 14. c. 11. §. 1. ἕξ. nempe triennio & semis completo; etiam septimo mense inchoato. Recte enim *Josephus* principatus Cæsaris initium à secunda ejus dictatura arcessit. ALDR.

e Διαστασιαζόντων] Confer Cap. præcedens §. 2. HAV.

f Ἐλπίσιν] Abest a *Lugd. Bat.*

g Συμφέρειν] Συμφέρον. *Lugd. Bat.*

h Δὴ ἦκε Κάσσιος] Διὴγε *Big.* & *Voss.*

i Καταλαμβάνων] Ita *Big.* & *Voss.* καταλαμψόμενος *Bod. Bas.* & *Gen.*

* Ad verbum, *umbram ei iniquitatis incuteret.*

† *Aldr.* Advenit ex Italia Sexto successor.

k Υἱὸς

αὐτὸς δ γρατιᾶς ἐπῄει φορολογῶν τὰς πόλεις, καὶ οὐχὶ δύναμιν τὰς εἰσπράξεις ποιούμενος.

β. Κελευσθεὶς δὲ καὶ Ἰουδαίοις εἰσενεγκεῖν ἑπτακόσια τάλαντα, δείσας Ἀντίπατρος τὴν ἀπειλὴν τοῦ Κασσίου, τοῖς τε [k] υἱοῖς διεῖλεν εἰσπράττειν τὰ χρήματα καὶ τισιν ἄλλοις τῶν ἐπιτηδείων καὶ τάχος, ἐν οἷς καὶ Μαλίχῳ τινὶ [l] τῶν Ἀλφάδων. ὕπως ἤπειγεν ἡ ἀνάγκη. πρῶτος δ' ἀπεμειλίξατο Κάσσιον Ἡρώδης, τὴν ἑαυτοῦ μοῖραν ὀφλ δ Γαλιλαίας κομίσας ἑκατὸν τάλαντα, καὶ Ἀλφὰς τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα φίλος ἦν. τοὺς δ' λοιποὺς εἰς [m] βραδυτῆτα κακίσας, αὐταῖς ἐθυμοῦτο ταῖς πόλεσι. [n] Γόφναν γοῦν καὶ [o] Ἀμμαοῦν καὶ [p] δύο ἑτέρας τῶν ταπεινοτέρων ἐξανδραποδισάμενος, ἐχώρει ἐπὶ καὶ Μάλιχον ἀναιρήσων, ὅτι μὴ σπεύσας εἰσέπραξεν. ἐπέσχε δὲ τοῦτο καὶ [q] τῶν ἄλλων πόλεων ἀπώλειαν Ἀντίπατρος, ταχέως ἑκατὸν ταλάντοις θεραπεύσας Κάσσιον.

γ. Οὐ μὴν Μάλιχος, ἀναχωρήσαντος Καισαρίαν, ὃν χάριτος [r] ἀπεμνημόνευεν Ἀντιπάτρῳ. καὶ δὲ τῶν πολλάκις σωτῆρος ἐπιβουλὴν [s] ἀνεσκευάζετο, σπεύδων ἀνελεῖν τὸν ἐμποδίων αὐτοῦ τοῖς ἀδικήμασιν ὄντα. Ἀντίπατρος δὲ, τὸν τε ἰσχὺν καὶ τὸ πανοῦργον τἀνδρὸς ὑποδείσας, διαβαίνει τὸν [t] Ἰορδάνην, στρατὸν [u] ἀθροίσων εἰς τὴν τοῦ ἐπιβουλῆς ἄμυναν. φωραθεὶς δὲ Μάλιχος, ἀναιδείᾳ τῶν Ἀντιπάτρου παίδων ἐξηγίνετο. τόν τε γὰρ Ἱεροσολύμων φρουρὸν Φασάηλον, καὶ Ἡρώδην ὑπερτεύμενον τὰ ὅπλα, πολλαῖς ἐπιλογίαις καὶ ὅρκοις ἐνηγοητεύσας, διαλλαχθὰς αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα πείθει γενέσθαι. πάλιν γοῦν ὑπ' Ἀντιπάτρου σώζεσθαι, πείσαντος Μάρκον τὸν τότε στρατηγοῦντα Συρίας, ὃς ὥρμητο κτεῖναι Μάλιχον ἐφ' οἷς ἐνεωτέρισε.

δ. Συστὰς δὲ πρὸς Κάσσιον καὶ Βροῦτον πολέμου Καίσαρί τε τῷ νέῳ καὶ Ἀντωνίῳ, Κάσσιος καὶ Μάρκος στρατιὰν ἀθροίσαντες ἐκ τῆς Συρίας, ἐπειδὴ μέγα μέρος εἰς τὰς χρείας Ἡρώδης ἔδοξε [x] συμβεβληκέναι, τότε μὲν αὐτὸν [y] Συρίας ἁπάσης ἐπιμελητὴν [z] καθίστασι, δύναμιν πεζὴν τε καὶ ἱππικὴν δόντες. μὴν δὲ τοῦ πολέμου καταλύσιν ἐπιδείξειν Κάσσιος ὑπέσχετο καὶ Ἰουδαίας βασιλέα. συνέβη δ' Ἀντιπάτρῳ τε ἰσχὺν τοῦ παιδὸς καὶ τὴν ἐλπίδα αἰτίαν ἀπωλείας γενέσθαι. ταῦτα γὰρ [a] δείσας ὁ Μάλιχος, διαφθείρει τινὰ τῶν βασιλικῶν οἰνοχόων χρήμασι, δοῦναι φάρμακον Ἀντιπάτρῳ. καὶ ὁ μὲν, ἀγώνισμα τῆς Μαλίχου πανουργίας γενόμενος, [b] τὸ συμπόσιον θνήσκει, τά τε ἄλλα δραστήριος ἀνὴρ καὶ ἀφηγήσει πραγμάτων, καὶ τὴν ἀρχὴν [c] ἀναλαβόμενός τε Ὑρκανῷ καὶ διαφυλάξας.

ε. Μάλιχος δὲ, καθ' ὑπόνοιαν τοῦ φαρμακείας, ὀργιζόμενον τὸ πλῆθος ἀριθμῷ ἔπεισεν. καὶ δυνατώτερον ἑαυτὸν καθεσκεύαζεν, ὁπλίτας συγκροτῶν. ἐν γὰρ ἡμέρᾳ Ἡρώδην ὑπελάμβανεν. ὡς δὲ καὶ πᾶσιν αὐτίκα στρατὸν ἄγων, ὅτι τιμωρίᾳ τοῦ πάλαι. Φασάηλος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ συμβουλεύσαντος αὐτῷ, μὴ φανερῶς τὸν ἄνδρα μελέτᾳ, [d] διαπασιάσειν γὰρ τὸ πλῆθος, τότε μὲν ἀπολογούμενόν τε προσίεται τὸν Μάλιχον, καὶ τὸ

bes peragrabat tributa colligens, & exigens etiam plus quam ſolvendo erant.

2. Cum autem Judæis quoque imperaſſet ſeptingenta talenta afferre, Antipater, Caſſii minas veritus, pecuniæ exactionem, ut illico fieret, inter filios dividit & quoſdam alios è neceſſariis ſuis, in quibus erat & Malichus quidam ſibi parum amicus. ita eum urgebat neceſſitas. Primus autem Caſſium *obſequio* demulſit Herodes, qui centum talenta ſibi mandata ex Galilæa *ei* attulit; adeoque inter præcipuos ejus amicos habebatur. At vero cum cæteris tarditatem vitio vertiſſet & exprobraſſet, ipſis civitatibus iraſcebatur. Itaque, Gophna & Ammaunte & aliis duabus inferioris notæ in ſervitutem redactis, eò quidem proceſſit ac ſi Malichum etiam interfecturus eſſet; quod in exigendo pecuniam parum properaſſet. Verum quo minus & hunc & alias civitates perditum iret, obſtitit Antipater, qui protenus Caſſium centum talentis delinivit. *Caſſium demeretur Herodes. Antt.* l. 14. c. 11. §. 2.

3. Nequaquam tamen Malichus, poſt Caſſii diſceſſum, gratiam Antipatro referebat; ſed ei, qui ſæpiuſcule ipſum conſervaverat, inſidias moliebatur, eum è medio tollere feſtinans, qui ipſius iniquitati impedimento erat. Atqui Antipater, & hominis potentiam & calliditatem ſubveritus, ultra Jordanem ſe recipit, exercitum ad ulciſcendas inſidias collecturus. Malichus autem deprehenſus impudentia *ſua* Antipatri filiis *egregie* impoſuit. Cum enim tam Phaſaëlum Hieroſolymorum cuſtodem, quam Herodem armis præfectum, & multum ſemet excuſando crebroque jurejurando adhibito, *mirum in modum* decepiſſet, perſuadet eis patrem *ſuum* ipſi reconciliare. Atque ita denuo ab Antipatro ſervatur, Marco tunc Syriæ præſide ab eo exorato, qui Malichum occidere ſtatuerat, quod novis rebus ſtuduiſſet. *Malichus Antipatro ſtruit inſidias. Antt.* l. 14. c. 11. §. 3. *Ei tamen condonatur. Antt.* l. 14. c. 11. §. 3.

4. Cum autem bellum juveni Cæſari & Antonio ortum eſſet cum Caſſio & Marco, Caſſius & Marcus, exercitu in Syria coacto, quandoquidem magnam partem eorum quibus illis opus erat, viſus ſit Herodes contuliſſe, tunc quidem ipſum Syriæ omnis procuratorem conſtituunt, equitum illi manu peditumque attributa: cum autem bellum confectum eſſet, promittebat Caſſius fore ut *ipſum* etiam Judææ regem declararet. Verum accidit, ut Antipatro filii potentia & ſpes de eo concepta exitii cauſa eſſent. nam harum rerum metu Malichus quendam è pocillatoribus regiis pecunia corrumpit, ut venenum daret Antipatro. Atque ille quidem, cum is eſſet * adverſus quem contendebat Malichi iniquitas, in convivio moritur; vir alioqui ſtrenuus & acer rebus gerendis, & qui regnum recuperavit Hyrcano eique conſervavit. *Herodes fit Syriæ procurator. Antt.* l. 14. c. 11. §. 3. *Antipater veneno ſublatus. Antt.* l. 14. c. 11. §. 4.

5. Cæterum Malichus, cum populum ſibi iratum haberet propter veneni ſuſpicionem, inficiando eos placabat; & milites colligendo, ſeipſum potentiorem reddebat. Non enim Herodem quieturum eſſe arbitrabatur: qui etiam mox cum exercitu aderat, ut patrem ulciſceretur. Sed cum Phaſaëlus frater ei conſuluiſſet, ne virum palam perſequeretur, (nam in multitudine ſeditionem concitaturum eſſe) tunc quidem & Malichum ſemet excuſantem *pa-* *Antipatride nece ſuſpectus Malichus. Antt.* l. 14. c. 11. §. 4.

---

k Υἱοῖς] Αὐτοῦ addit *Caſ.*

l Τῶν Ἀλφάδων.] Ex inimicis. in Edit. *Ox.* Infr. lib. 2. c. 13. §. 3. Ἐντὸν τοὺς Ἀλφάδας. & cap. 16. §. 4. καλασφάξουσι οἱ Ἀλφάδες. *Rufin.* appropinquantes jam inimicos. SPANH.

m Βραδυτῆτα κακίσας,] Sic *Big.* & *Voſſ.* βραδυλῆτα in *cæteris.*

n Γόφναν] Conf. ſup. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

o Ἀμμαοῦν] Ἐμμαοῦν ἀρχ. lib. 14. c. 11. §. 2. SPANH.

p Δύο ἑτέρας] Nempe Λυδδα καὶ Θαμνα. *Antt.* lib. 14. c. 11. §. 2. SPANH.

q Τῶν ἄλλων] *Lugd. Bat.* Τὴν τῶν ἄλλων.

r Ἀπεμνημόνευεν] Ita *Big.* ἀπεμνημόνευσεν *Bod. Roſt.* & *Voſſ.* ἀπεμνημόνευν *Baſ.* & *Gen.* Ἀπεμνημόνουν aut ἀπεμνημόνευσεν *MS. Ox.* SPANH.

s Ἀνεσκευάζετο,] *Lugd. Bat.* Ἐνεσκευάζετο.

t Ἰορδάνην,] Ἰορδάνην πολεμῶν *Ruf.*

u Ἀθροίσων] *Lugd. Bat.* Ἀθροίσας.

x Συμβεβληκέναι,] Συμβεβλῆσθαι non agnoſcunt *Big.* & *Voſſ.*

y Συρίας ἁπάσης] Κοίλης Συρίας in *Antt.* l. 14. c. 11. §. 1.

z Καθίστασι,] *Lugd. Bat.* & *Roſt.* Καθίσησαν.

a Δείσας] Abeſt a *Roſt.*

b Καὶ τὸ συμπόσιον] Μεθ' *Big. Roſt. Bod. Voſſ.* & *Ruf.* Μεθ' τὸ συμπόσιον *MS. Lipſ.* Veneno ſublatus moritur ἀρχ. lib. 14. c. 11. §. 4. SPANH.

c Ἀναλαβόμενός] Copulam ἀνὰ non agnoſcit *Roſt.*

d Διαπασιάσειν] Ita lego. antea erat Ἀφαπασιάζειν.

* Injuſtitiæ Malichi præmium, *Ruf.*

patienter admittit, & *omni* ſuſpicione eum liberare fatetur; patris vero funus ſplendidis cohoneſtavit exſequiis.

Herodes, rebus Samariæ compoſitis, Hieroſolyma ingreditur. Antt. l. 14. c. 11. §. 5.

6. Cum autem *inde* in Samariam tranſiſſet ſeditione perturbatam, civitatem compoſuit & conſtituit. Deinde Hieroſolyma, cum feſtum ageretur, reverſus eſt, ductis *ſecum* armatis. Mittens autem Hyrcanus, ita enim ſuadebat Malichus Herodis adventum veritus, prohibebat eum ab introductione alienigenarum in cœtum gentilium luſtratum. Ille vero, inſuper habens & prætextum adhibitum & eum qui ita ei edixerat, nocte *urbem* ingreditur. Iterumque Malichus ad eum veniens Antipatrum plorabat: viciſſim vero *multa* ſimulabat Herodes, licet vix iram potuit cohibere; literiſque ad Caſſium (qui & propter alia Malichum oderat) de patris nece graviter conquerebatur. Ille vero non modo Herodi reſcripſit, ut patris mortem ulciſceretur; ſed etiam tribunis, quibus præerat, clam præcepit, ut Herodem in facinore tam juſto adjuvarent.

Malichi & Herodis ſimulatio. Antt. l. 14. c. 11. §. 6.

7. Et quoniam, capta à Caſſio Laodicea, omnes ubique optimates * ad eum convenerant, munera & coronas ferentes, hoc quidem ultioni tempus conſtituit Herodes. Malichus autem, ſuſpicione ei injecta, cum Tyri eſſet, & filium ſuum tunc apud Tyrios obſidem clam ſubducere ſtatuit, & ipſe fugam in Judæam parabat. Porro ſalutis deſperatio eum ad majora etiam cogitanda incitabat. Nam tunc *Judæorum* gentem ad defectionem à Romanis perducturum eſſe ſperavit, Caſſio in bello contra Antonium occupato: ipſumque regnaturum eſſe, Hyrcano facillime deturbato.

Quæ nam res molitur Malichus. Antt. l. 14. c. 11. §. 6.

8. Verum ſpem ab eo conceptam irridebant fata. Etenim Herodes, cum prævideret quò ferebat ejus animus, & Hyrcanum & ipſum ad convivium invitat. Deinde vero ſervorum quendam ſibi adſtantem ad ſe vocavit, miſitque ſpecie ad parandam cœnam, re autem vera antedicturum tribunis, ut ad inſidias egrederentur. Atque illi, cum mandata Caſſii in memoriam revocaſſent, in littus ante urbem cum gladiis exierunt. ubi Malichum circumſeptum, multis datis vulneribus, interficiunt. Hyrcanus autem ſtatim, animo defectus præ ſtupore, concidit; cumque ægre ad ſe rediiſſet, quærit ab Herode, quiſnam Malichum occidiſſet. Et cum unus è tribunis reſpondiſſet, † Caſſius, qui id imperaverat; Caſſius igitur, inquit, & me & patriam meam ſervat incolumem, qui amborum inſidiatorem peremit. Utrum autem ex animo iſta dixerit, an quod præ timore facinus probaret, incertum eſt. Sed enim Malichum hoc modo ultus eſt Herodes.

Necem ei machinatur Herodes. Antt. l. 14. c. 11. §. 6.

Malichi cædem laudat Hyrcanus. Antt. l. 14. c. 11. §. 6.

ὑπονοίας ἁπλύνειν [e] ὁμολογεῖ, λαμπρὰν δὲ πομπὴν, [f] ὅπῃ τῷ πατρὶ κηδείας ἐτέλεσεν.

ϛ'. Τραπεὶς δ' ἐπὶ Σαμάρειαν, τάσει τεθαραγμένην, καθεστήσατο τ πόλιν. ἔπειτα καθ' ἑορτὴν ὑπέστρεφεν εἰς Ἱεροσόλυμα, τοὺς ὁπλίτας ἄγων, [g] καὶ πέμπων Ὑρκανός, οὗτος γὰρ δεδικὼς τ ἔφοδον Μάλιχος, [h] ἐκώλυε τοὺς ἀλλοφύλους εἰσαγαγεῖν ἐφ' ἁγνεύσεις τοὺς ὑπεχωρίους· ὁ δὲ, τ προφάσεως καταφρονήσας καὶ τῇ προστάσει, εἰσέρχεται νυκτὸς. καὶ πάλιν Μάλιχος [i] προσιὼν, ἔκλαιεν Ἀντίπατρον. ἀνθυπεκρίνετο δὲ μόλις Ἡρώδης τ θυμὸν ἐπέχων, καὶ Κασσίῳ δι' ἐπιστολῶν τ τοῦ πατρὸς ἀναίρεσιν [k] ἐπωδύρετο, καὶ [l] ἄλλως μισοῦντι Μάλιχον. ὁ δ' αὐτῷ μετιέναι τ Φονέα τοῦ πατρὸς ἀντεπιστέλλας, καὶ τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν χιλιάρχοις λάθρα προσέταξεν, Ἡρώδῃ βοηθεῖν εἰς πρᾶξιν δικαίαν.

ζ'. Καπειδὴ Λαοδίκειαν ἑλόντος [m] αὐτοῦ συνῆσαν οἱ πανταχόθεν δυνατοὶ, δωράς τε καὶ στεφάνους φέροντες, Ἡρώδης μὲ [n] τοῦτον τῆ τιμωρίᾳ τ καιρὸν ἀφώρισε. Μάλιχος δ' ὑποπτεύσας, [o] ὡς οἱ Τύρῳ γένοιτο, τόν τε υἱὸν ὁμηρεύοντα παρὰ τοῖς Τυρίοις ὑπεξαγαγεῖν ἔγνω λάθρα, καὶ αὐτὸς εἰς τ Ἰουδαίαν ἁποδρᾶναι παρεσκευάζετο. παρώξυνε δ' αὐτὸν ἡ τ σωτηρίας ἀπόγνωσις, εὐθυμεῖσθαι [p] καὶ μείζονα. τότε γὰρ ἔθνος ἐπαναστήσειν Ρωμαίοις ἤλπισε, Κασσίου τῷ πρὸς Ἀντώνιον πολέμῳ περισπωμένου. καὶ βασιλεύσειν αὐτὸς, [q] Ὑρκανὸν καταλύσας εὐμαρῶς.

η'. Ἐπεγέλα δὲ ἄρα τὸ χρεὼν [r] αὐτοῦ ταῖς ἐλπίσιν. ὁ γὰρ Ἡρώδης, [s] προειδόμενος αὐτοῦ τ ὁρμὴν, τόν τε Ὑρκανόν, καλεῖνον ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ. παρεσκῶπτα δ' ἔπειτα τ οἰκετῶν τινα πρὸς ἑαυτὸν καλέσας. ἐξέπεμψεν ὡς ἐπὶ τ ζ δεῖπνα παρασκευήν, τῷ δὲ ὄντι προειπεῖν τοῖς χιλιάρχοις ἐξελθεῖν ἐπὶ τ σφαγήν. καλεῖνοι, τ Κασσίου προσταγμάτων ἀναμνησθέντες, ἐπὶ τ πρὸ τ πόλεως αἰγιαλὸν ἐξέπεσαν ξιφήρεις. ἔνθα περιστάντες τ Μάλιχον, πολλοῖς τραύμασιν ἀναιροῦσιν. Ὑρκανὸς δὲ παράχρημα μὲ [t] ἐκλυθεὶς ὑπ' ἐκπλήξεως ἔπεσε, μόλις δ' [v] ἀνενεγκὼν Ἡρώδην διηρώτα, τίς ὁ κλείνας εἴη Μάλιχον. ἀποκρινάμενός δέ τινος τ χιλιάρχων, [x] τοῦ Κασσίου πρόσταγμα, Καίτοι ἄρα, ἔφη, κἀμὲ καὶ τ πατρίδα [y] μου σώζει, τ ἀμφοτέρων ἐπίβουλον ἀνελών. εἴτε γὰ φρονῶν Ὑρκανὸς ὕστως, εἴθ' ὑπὸ δέους ὁμόσε τῇ γε πράξει χωρῶν εἶπεν, ἄδηλον ἦν. ἀλλὰ γὰ Μάλιχον [z] μὲν ὕστως Ἡρώδης μετῆλθεν.

ΚΕΦ.

[e] Ομολογεῖ,] Ita *Bod.* ὡμολόγει in *cæteris.* Ομολογεῖ *MS. Bod.* ὡμολόγει cæteri Ox. SPANH.

[f] Επὶ τῷ πατρὶ] Επὶ τῇ πατρικῇ κηδείᾳ *Bod.* & *Roſt.*

[g] Καὶ πέμπων Ὑρκανὸς,] Evidenter ita ſcribit *Lugd. Bat.* neque aliter edi debere exiſtimo; nam quod Cl. *Hudſ.* maluit ἄγων καὶ πέμπων. Ὑρκανος δὲ, ἐνῆγε &c. vertens: *ductis ſecum & alio miſſis armatis, Hyrcanus autem, ita enim,* &c. minus concinnum videtur. HAV.

[h] Εκώλυε τὰς ἀλλοφύλους εἰσαγαγεῖν ἐφ' ἁγνεύσεις] Conf. Antt. lib. 14. c. 11. §. 5. & Zonaras Annal. Tom. 1. p. 228. lit. A. μὴ δεῖν ὄχλον ἀλλοδαπὸν ἀναμίγνυσθαι τῷ πλήθει ἁγνεύοντι. SPANH. Διεκώλυε *Roſt.* ut & εἰσάγειν.

[i] Προσιὼν,] *Roſt.* Προσελθών.

[k] Επωδύρετο,] Ita *Big. Bod.* & *Voſſ.* ἀπωδύρετο *Baſ.* & *Gen.* Επωδύρετο *MS.* Ox. καὶ ἄλλως. Immo aliunde Ox. *Lat.* SPANH.

[l] Αλλως] Ita eſt, aliunde, non propterea, ut vertit *Ruf.* Quippe Malichum jamdudum oderat Caſſius, tum quod *remiſſior fuiſſet in exigenda pecunia,* tum quod *novis* etiam *rebus ſtuduiſſet,* ut ſupra dictum eſt. ALDR.

[m] Αὐτοῦ σωτήσαν] Υπήκοοι poſt αὐτοῦ addunt *Big.* & *Voſſ.* Iidemque ſtatim cum *Bod.* poſt φέροντες inſerunt παρῆσαν αὐτῷ.

[n] Τοῦτον] Abeſt a *Roſt.*

[o] Ως οἱ Τύρῳ] Abſunt a *Roſt.* uſque ad Ιουδαίαν.

[p] Καὶ μείζονα.] Ita *Big. Roſt. Bod. Voſſ.* & *Ruf.* τὰ μείζονα in *cæteris.*

[q] Ὑρκανὸν καταλύσας] Conf. ſupr. cap. 10. §. 7. SPANH.

[r] Αὐτοῦ] Abeſt a *Lugd. Bat.*

[s] Προειδόμενος αὐτοῦ] Προειδόμενος *Voſſ.*

[t] Εκλυθεὶς ὑπ' ἐκπλήξεως] Λυθεὶς *Big. Bod.* & *Voſſ.* Ὑρκανὸς δὲ ὑπὸ φόβου ἄφωνος ἦν Zonaras Annal. Tom. 1. p. . . . . C. ibid. πλησίον τ πόλεως καλακείμενον αὐτόν. Conf. Antt. lib. 14. c. 11. §. 6. SPANH.

[v] Ανενεγκὼν] *Roſt.* Ενεγκών.

[x] Τοῦ Κασσίου] *Lugd. Bat.* Τὸ Κασσίου.

[y] Μου σώζει,] Illud μου deeſt *Bod.* & *Roſt.*

[z] Μὲν ὕστως] Prior vox abeſt a *Roſt.*

* Ad Herodem, *Ruf.* contra mentem *Joſephi*, ut patet ex l. 14. c. 11. §. 6.

† Caſſii præceptum, *Ruf.*

ΚΕΦ. ιϛ'.

Φασάηλ⸗ Ελικ⸗ ϖ̃ειγίνε⸗, ϗ Αν̃τιγόνᾳ τῇ μάχῃ κρᾶτει Ηρώδης. καλ̃ηγοροῦσιν Ηρώδᾳ ϗ Φασάηλᾳ οἱ Ιουδαῖοι, ϗ αὐτοὺς ἀπολύει Αν̃τώνι⸗ ϗ τεθράρχας ἀποδείκνυσι.

Κασσίᾳ δὲ ἀναχωρήσαν̃τ⸗ ἐκ τ̃ Συρίας, πάλιν τάσις ἐν Ιεροσολύμοις γίνε⸗, [a] Ελικ⸗ μὴ πρατιᾶς ἐπαναστάν̃τ⸗ Φασάηλῳ, [b] ϗ κτ' τ̃ ὑπὲρ Μαλίχου τιμωρίαν ἀμύνε⸗, [c] θέλον̃τ⸗ Ηρώδην εἰς τ̃ ἀδελφόν. Ηρώδης δὲ ἔτυχε μὲν ὢν πρὸς Φαβίῳ τῷ [d] στρατηγῷ κτ' Δαμασκόν, ὁρμημέν⸗ δὲ βοηθεῖν ὑπὸ νόσου κατ̃είχετο. κἀν τούτῳ Φασάηλ⸗, καθ' ἑαυτὸν [e] Ελικ⸗ ϖ̃ειγενόμε⸗, τεχνικὸν ὠνείδιζεν [f] εἰς ἀχαριστίαν, ὧν τε Ελικι συμπράξειε, ϗ ὅτι ϖ̃ειορῴη τ̃ ἀδελφὸν τ̃ Μαλίχου τὰ φρούρια καταλαμβάνοντα. πολλὰ γὰρ ἤδη κατ̃είληπτο, ϗ τὸ πάντων ὀχυρώτατον, [g] Μάσαδα.

β'. Οὐ μὴν αὐτῷ τι πρὸς τ̃ Ηρώδου βίαν [h] ἤρκεσεν, ὃς ἀναῤῥωσθεὶς τάτε ἄλλα πρατ̃αλαμβάνει, κἀκεῖνον ἐκ τ̃ [i] Μασάδας ἱκέτιν ἀφῆκεν. ἐξήλασε δὲ ϗ ἐκ τ̃ Γαλιλαίας [k] Μαρίωνα τ̃ Τυρίων τύραννον, ἤδη τρία κατ̃εχηκότα τ̃ ἐρυμάτων. τοὺς δὲ [l] ληφθέντας Τυρίους, ἔσωσε μὲν πάντας, [m] ἔτι δ' οἷς ϗ δωρησάμεν⸗ ἀπέπεμψεν, [n] εὐνοιάν τε ἑαυτῷ πρὸς τ̃ πόλεως ϗ τῷ τυράννῳ μῖσο⸗ πρασκτησάμεν⸗. ὁ δὲ Μαρίων ἠξίωτο μὲν τ̃ τυραννίδ⸗ ὑπὸ Καισίου, [o] τυραννίσι πᾶσαν [p] ἀφαιρεθέντ⸗ τ̃ Συρίαν. κτ' δὲ τὸ πρὸς Ηρώδην [q] ἔχθο⸗, [r] συνέλαβεν Αντιγόνῳ τῷ Αριστοβούλου, ϗ [s] τὸ πλέον ἀφ' Φάβιον, ὃν Αντίγον⸗ χρήμασι πρασποιησάμεν⸗ βοηθὸν εἶχε τ̃ καθόδου. χορηγὸς δ' ἦν ἁπάντων ὁ [t] κηδεσ̃ης Πτολεμαι⸗ Αν̃τιγόνῳ.

γ'. Πρὸς [v] οὓς Ηρώδης ἀντιταξάμεν⸗, ὅπ̃ τ̃ ἐμβολῶν τ̃ Ιουδαίας, κρατεῖ τῇ μάχῃ, ϗ τ̃ Αν̃τίγονον ἐξελάσας, ὑπέστρεψεν εἰς Ιεροσόλυμα πᾶσιν ἀγαπητὸς ὢν ὅπ̃ τῷ κατορθώματι. ϗ γὰρ οἱ μὴ προσέχοντες πάλαι. τότε ᾠκείωντο ἀφ' τ̃ πρὸς Υρκανὸν ὁπ̃γαμίαν αὐτῷ. [x] πρότερον μὲν γὰρ ἦλθο γυναῖκα τ̃ ὁπ̃χωρίων, οὐκ ἄσημον, Δωρὶς ἐκαλεῖτο, ἐκ ἧς ἐγέννησεν Αντίπατρον. τότε δὲ γήμας τ̃ Αλεξάνδρου τ̃ Αριστοβούλου θυγατέρα, [y] θυγατριδῆν τε Υρκανοῦ Μαριάμμην, οἰκεῖ⸗ τῷ βασιλεῖ γίνε⸗.

δ'. Επεὶ δὲ Κάσσιον περὶ Φιλίππους ἀνελόντες ἀνεχώρησαν, εἰς μὲν [z] Ιταλίαν Καῖσαρ, ἐπὶ δὲ [a] τ̃

CAP. XII.

X.

Felicem ſuperat Phaſaëlus, & Antigonum pugna vincit Herodes. Judæi Herodem & Phaſaëlum accuſant, eoſque abſolvit Antonius & Tetrarchas facit.

AT poſtquam Caſſius è Syria diſceſſit, iterum Hieroſolymis orta eſt ſeditio, * facto in Phaſaëlum impetu à Felice cum exercitu, ut qui vellet Malichi necem ulciſci Herodis culpam in *Phaſaëlum* fratrem perſequendo. Erat autem Herodes quidem apud Fabium Damaſci præfectum; cumque magno deſiderio teneretur *fratri* auxilium ferendi, adverſa valetudine impediebatur. Interea Phaſaëlus etiam ſuis copiis ſuperavit Felicem, probrumque ingrati objiciebat Hyrcano, & ob ea quibus Felici ſtuduiſſet, quodque Malichi fratrem caſtella occupare ſiviſſet. Jam enim multa tenuerat, omniumque validiſſimum, Maſadam.

Seditio Hieroſolymis mota a Felice. Antt. l. 14. c. 11. §. 7.

Superatur Felix. Antt. l. 14. c. 11. §. 7.

2. Non tamen ei quicquam ſatis præſidii fuit contra Herodis vim; qui mox, ut convaluit, & alia recipit, & illum ex Maſada ſupplicem dimiſit. Quin & Marionem Tyriorum tyrannum, tribus jam caſtellis potitum, ex Galilæa pepulit: Tyriiſque, quos ceperat, vitam conceſſit omnibus, nonnullis etiam dona dedit & abire permiſit; & ſibimet civitatis benevolentiam concilians, ejuſdemque odium in tyrannum concitans. Marion autem à Caſſio quidem obtinuerat tyrannidem, qui Syriam omnem tyrannidibus occupaverat: ex ſuo vero in Herodem odio, Antigono Ariſtobuli filio opem ferebat, eoque magis propter Fabium, quem Antigonus ſibi pecunia conciliatum reditus *ſui* adjutorem habebat. Cuncta vero Antigono ſuppeditabat Ptolemæus *ei* affinis.

Dimittitur ab Herode, qui Marionem etiam ex Galilea pellit. Antt. l. 14. c. 11. §. 1.

3. Adverſus iſtos cum aciem in ipſo aditu Judææ inſtruxiſſet Herodes, pugna fit ſuperior, fugatoque Antigono reverſus eſt Hieroſolyma, ex re præclare geſta omnibus gratus acceptuſque. Etenim qui antea ei parum favebant, tunc ſeſe ei adjunxerunt propter illius cum Hyrcano affinitatem. nam prius quidem ex indigenis habuerat uxorem, non ignobilem, quæ Doris vocabatur, ex qua *filium* ſuſtulit Antipatrum. Tunc autem, in matrimonium ducta Mariamne, filia Alexandri Ariſtobuli filii Hyrcanique ex filia nepte, regi neceſſitudine conjungitur.

Antigonum vincit Herodes. Antt. l. 14. c. 12. §. 1.

Ab Hyrcano & Hieroſolymitanis benigne excipitur Herodes. Antt. l. 14. c. 12. §. 1.

Mariamnem in uxorem ducit. Antt. l. 14. c. 12. §. 1.

4. Sed ubi, Caſſio circa Philippos interfecto, *inde* diſceſſerunt, Cæſar quidem in Italiam, Anto-

---

a Ελικ⸗] Cum ſpiritu aſpero *Big.* & *Bod.* cum leni *Voſſ. Baſ.* & *Gen.* prout in *Antt.* l. 15. c. 9. §. 2. in fine. Latinum *Felix* (aſpiratione & digammate ſicut alibi ſæpe permutatis) Græce Ελιξ eſt, ſeu potius Ηλιξ, à qua voce Grammatici vocem *Felix* arceſſunt. Quanquam frater ille Pallantis qui Judææ præfuit, *D. Luca* pariter & *Joſepho* Φῆλιξ dicitur. Nam ante illud ſeculum digamma ſcribi delierat. ALDR. Ελικ⸗ *Gen.* vel Ελικος cum adſpir. pro *Felicis*, omiſſo digammate: ita etiam ἀρχ. lib. 14. c. 11. §. 7. SPANH.

b Καὶ κατ̃] Priorem voculam non habet *Lugd. Bat.*

c Θελον̃τ⸗] Μελλον̃τ⸗ *Big.* & *Voſſ.*

d Στρατηγῷ κατ̃ὰ Δαμασκόν,] Similiter *Antt.* l. 14. c. 11. §. 7.

e Ελικος] Vel Ελικος. Sine vel cum adſpir. SPANH.

f Εἰς] *Roſt.* Πρὸς.

g Μάσαδα.] *Roſt.* Μασαζαν.

h Ηρκεσεν,] *Lugd. Bat.* Ηρίσκεν.

i Μασαδας] Μασάδας legiſſe videtur *Ruf.*

k Μαριωνα] Marion Tyriorum Tyrannus ἀρχ. lib. 14. c. 12. §. 1. SPANH.

l Ληφθεντας] Ληφθέντας *MS. Bod.* Ox. SPANH.

m Ετι] Ησαν δ' οἷς *Big. Voſſ. Roſt.* & *Lipſ.* SPANH.

n Εὐνοιάν τε ἑαυτῷ] Ita cum *Ruf.* εὐνοιαν ἑαυτ. in *cæteris.*

o Τυραννισι] Pro τυραννισι *MS.* τυραννίσιν vel τυραννησιν Ox. SPANH. *Lugd. Bat.* Quoque τυραννήσειν. Sed male.

p Διαλαβοντας] Διαλαβὼν *Big. Bod.* & *Voſſ.* HUDS. Διαλαβὸν *MS.* pro Αφαιρεθέντας Ox. SPANH.

q Εχθος,] Συνήλαβε τ̃ Αν̃τιγόνου *Big. Bod.* & *Lipſ.* καθήγαγε τ̃ Αν̃τιγόνου *Big.* in *Rufini* verſione *Antigonum Ariſtobuli ſecum ducebat.* HUDS. *Lugd. Bat.* quoque clare (nam *Roſt.* συνάλαβε τ̃ Αν̃τιγόνου, ϗ τ̃ Αριστοβούλου) καθηγαγε τ̃ Αν̃τιγόνου τ̃ Αριστοβούλ. ut ita lectio hæc haud ſit ſpernenda, mox enim καθόδῳ ejuſdem mentionem facit. HAV.

r Συνήλαβεν Αν̃τιγόνῳ] *MS.* Καθήγαγε τ̃ Αν̃τιγόνου aut συνήλαβε τ̃ Αν̃τιγόνου Ox. & *MS. Lipſ.* SPANH.

s Τὸ πλέον] Πτολεμαῖον pro τὸ πλέον legiſſe videtur *Ruf.*

t Κηδεσ̃ης] *Sc.* qui Antigoni ſororem duxerat uxorem.

v Οὓς] Ita *MS.* Τούτους in *Editis.* Οὓς *MS. Ox.* & *Lipſ.* SPANH.

x Πρότερον] *Roſt.* Πρότον.

y Θυγατριδῆν τε] Erat enim Alexandra Hyrcani filia, Ariſtobuli conjux, Mariamnes mater. *Antt.* l. 15. c. 2. §. 5.

z Ιταλίαν] Fractis Brutianis Caſſianiſque partibus Antonius tranſmarinas obiturus provincias ſubſtitit: Cæſar in Italiam ſe recepit, *Velleius* II. 74. Αντώνι⸗ μὲ εἰς τὴν Ασίαν, Καῖσαρ εἰς τὴν Ιταλίαν ἀφεχωρήθη, *Dio.* XLVIII. p. 358. B. Conveniunt, *Livius* in *Epit.* l. 125. *Plutarchus* in *Anton.* p. 925. C. *Appianus* in *Civil.* V. p. 672. Pro ἐπὶ Γαλλίας igitur ſcribe ἐπ' Ιταλίας in *Antt.* l. 14. c. 12. §. 2. ALDR. Επὶ Γαλλίας *Antt.* lib. 14. c. 12. §. 2. SPANH.

a Τὴν Ασίαν] *Roſt.* & *Lugd. Bat.* malunt τ̃ Ασίας.

* Cum Felix in Phaſaelum moviſſet exercitum, & in Herode fratris pœna vellet necem Malichi vindicare, *Ruſin.*

tonius vero in Asiam, cum legati ab aliis civitatibus ad Antonium missi essent in Bithyniam, veniebant etiam & Judæorum primates, qui Phasaëlum & Herodem accusarent, *dicentes* illos quidem rerum summam vi tenere, Hyrcano vero tantum superesse *regis* nomen honorificum. Istis cum interesset Herodes & magna pecunia Antonium sibi conciliasset, ita eum affecit, ut inimicis dicendi potestatem nequaquam faceret. Et tunc quidem ita dimissi sunt.

Phasaëlum & Herodem frustra accusant Judæi. Antt. l. 14. c. 12. §. 2.

5. Denuo autem è Judæorum primariis centum viri Antonium, Cleopatræ amori mancipatum, ad Daphnen Antiochiæ convenerunt: qui, factis sibi ductoribus è suis dignitate & eloquentia plurimum valentibus, in fratres accusationem instituunt. Occurrebat autem eis Messala *juvenum* causam agens. *ei* Hyrcano adstante propter affinitatem. Auditis deinde utrisque ab Hyrcano quæsivit Antonius, utri ad imperandum magis idonei. Cumque is Herodem & suos *aliis* prætulisset, lætatus (nam cum patre illorum jam olim hospitium fecerat, summa cum humanitate ab Antipatro exceptus, eo tempore quo in Judæam cum Gabinio trajecerat) fratres tetrarchas constituit, illis permittens Judæam omnem imperio regere.

Altera accusatio. Antt. l. 14. c. 12. §. 2.

Qua non obstante eos tetrarchas facit Antonius. Antt. l. 14. c. 13. §. 1.

6. Legatis autem id ægre ferentibus, quindecim eorum comprehensos in custodiam dedit, quos etiam occidere voluit: reliquos vero cum contumelia abegit. unde major tumultus Hierosolymis excitatur. Denique mille legatos iterum Tyrum miserunt; ubi commorabatur Antonius, * cum vellet in Hierosolyma irruere. Adversus hos, cum clamorem sustulissent, mittit Tyriorum administratorem, eique præcepit, ut de iis quos caperet supplicium sumeret, & illis principatum confirmaret qui ab ipso tetrarchæ erant constituti.

Tertia denique instituitur accusatio. Antt. l. 14. c. 13. §. 2.

7. Ante hæc autem Herodes, usque ad littus cum Hyrcano progressus, multis eos hortabatur *ut caverent*, ne aut sibimet exitii auctores fierent, aut patriæ belli *causa*, dum temere & inconsulto ad contentionem veniunt. Illis autem magis adhuc indignantibus, Antonius, missis armatis, multos *eorum* occidit, multosque vulneravit. quorum & mortuos sepultura & saucios curatione dignatus est Hyrcanus. Non tamen ii qui fuga dilapsi sunt quietos se tenebant; sed civitatem conturbando adeo Antonium exacerbarunt, ut etiam vinctos interfecerit.

Judæorum multi jussu Antonii occisi. Antt. l. 14. c. 13. §. 2.

Ασίαν Αντωνίῳ, πρεσβευτῶν τ ἄλλων [b] πόλεων πρὸς Αντώνιον εἰς Βιθυνίαν, ἦκον καὶ Ιουδαίων οἱ δυνατοί, κατηγορεῖντες Φασάηλ τε καὶ Ηρώδου, βία μὲν αὐτὸς κρατεῖν τ πραγμάτων, ὄνομα δὲ μόνον περιεῖναι Υρκανῷ τίμιον. πρὸς ἃ παρὼν Ηρώδης, καὶ τεθεραπευκὼς σὺν ὀλίγοις Αντώνιον χρήμασιν ὅτω διέθηκεν, ὡς μηδὲ λόγου τ ἐχθρῶν ἀνέχεσθαι. καὶ τότε μὲν ὅτω διελύθησαν.

ε'. Αὖθις δ οἱ ἐν τέλει Ιουδαίων ἐκλεκτοὶ ἄνδρες ἦκον εἰς [c] τ πρὸς Αντιόχειαν Δάφνῃ ἐπ' Αντώνιον, ἤδη τῷ Κλεοπάτρας ἔρωτι δεδουλωμένον. οἱ, προσπαίσαντες τὰς ἀξιώσεις καὶ λόγῳ σοφῶν δυνατώτατοι, κατηγόρουν τ ἀδελφῶν. ὑπῆρχε δ [d] Μεσσαλᾶς ἀπολογούμενος [e] συμπαρεσῶτος [f] Υρκανοῦ διὰ τὸ κῆδος. καὶ Αντώνιος, ἀκούσας [g] ἑκατέρων, Υρκανῷ διεπιστεύετο τὰς ὑπαρχούσας οὐσίας [h] ἄρχειν. ᾧ δὲ, τοὺς περὶ τ Ηρώδην προκρίνας, καθεὶς ἦν γὰρ [i] ἤδη καὶ ξένος αὐτοῖς πατρῷος, δεχθεὶς ὑπ' Αντιπάτρου φιλοφρόνως ὅτε εἰς τ Ιουδαίαν σὺν Γαβινίῳ παρέβαλε. [k] τετράρχας ἀποδείκνυσι τοὺς ἀδελφούς, πᾶσαν διοικεῖν τ Ιουδαίαν. [l] ὑπιτρέπων.

ς'. Προσαγανακτούντων δ τ πρέσβεων, [m] πεντεκαίδεκα μὲν συλλαβὼν εἵργυσιν, ὃς καὶ ἀνελεῖν ὥρμησε. τοὺς δὲ λοιποὺς μεθ' ὕβρεως ἀπήλασε. πρὸς ὃ μείζων ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις γίνεται ταραχὴ· χιλίους γὰρ πάλιν ἔπεμψαν πρέσβεις εἰς Τύρον, ἔνθα διέτριβεν Αντώνιος ὑπὸ Ιεροσολύμων ὡρμημένος· ὑπὸ τούτους κεκραγόντας, ἐκπέμπει τ ἄρχοντα τ Τυρίων, κολάζειν προστάξας ὃς ἂν λάβῃ, συγκατασκευάζειν [n] τε τ ἀρχὴν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καθισταθεῖσι [o] τετράρχαις.

ζ. Πρὸ δὲ τούτου, πολλὰ παρὴν [p] προελθὼν ὑπὲρ τὸν αἰγιαλὸν Ηρώδης σὺν Υρκανῷ, μήθ' ἑαυτοῖς ἀπωλείας [q] αἰτίους, μήτε τῇ πατρίδι πολέμου [r] γενέσθαι φιλονεικίας ἀκρίτους. τ δὲ ἔτι μᾶλλον ἀγανακτούντων, Αντώνιος ἐκπέμψας ὁπλίτας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε, πολλοὺς δὲ [s] ἔτρωσεν· ὧν [t] οἵτε πεσόντες ταφῆς, καὶ οἱ τραυματίαι θεραπείας ἠξιώθησαν ὑπὸ Υρκανοῦ· [v] οἱ μὲν οἱ ἀμφυγόντες ἐρέμουν, ἀλλὰ τὰ [x] κατ' τ πόλιν συνταράττοντες, παρώξυναν τ Αντώνιον, ὥστε καὶ τοὺς δεσμώτας ἀποκτεῖναι.

ΚΕΦ.

b Πόλεων πρὸς Αντώνιον εἰς Βιθυνίαν,] *Rost.* delet πόλεων & legit εἰς Αντώνιον πρὸς Βιθυνίαν.

c Την πρὸς Αντιόχειαν Δάφνην] *Antt.* lib. 14. c. 13. §. 1. ἐπὶ Δάφνης & lib. 17. c. 2. §. 3. ἐν Αντιοχείᾳ τῇ ἐπὶ Δάφνῃ. SPANH.

d Μεσσαλᾶς] Ita scribo cum *Rufino*. Μασσαλὰς in *Editis*. Μισσάλας aut Μεσσαλᾶς in *MSS*. & Μεσσάλας in *Antt.* l. 19. c. 1. §. 9. forsan minus recte. HUDS. Μεσσάλας *Antt.* lib. 14. c. 13. §. 1. SPANH.

e Συμπαρεσῶτος] Sic *MSS*. & ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 1. παρόντος καὶ Υρκανοῦ.

f Υρκανοῦ] Sic *Big. Bod. Rost. Voss. Ruf.* favente ipso *Josepho* in *Antt.* l. 10. c. 6. §. 1. Υρκανῷ *Bas.* & *Gen.*

g Εκατέρων,] *Rost.* Αμφοτέρων.

h Αρχειν.] Υπάρχειν. *Rost.*

i Ηδη] Abest a *Rost.*

k Τετράρχας ἀποδείκνυσι] Phasaëlus & Herodes Tetrarchæ constituti ab Antonio. Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 1. Verum Herodes non Τετράρχης, sed ΕΘΝΑΡΧΗΣ in Nummo inscribitur. Unde hinc *Josephum* redarguit Harduin. de Nummis Herod. pag. 14. SPANH.

l Επιτρέπων.] Pro ἐπιτρέπων, καὶ ἐπιτροπεύων *MSS. Ox.* SPANH.

m Πεντεκαίδεκα μὲν] *Rost.* Πεντε μὲν καὶ δέκα.

n Τε την ἀρχην] *Rost.* haec non agnoscit.

o Τετράρχαις.] Post hanc vocem τολμῶσιν addit *Casaub.*

p Προελθὼν] Ita *Big. Rost. Bod.* & *Voss.* παρελθὼν in *caeteris.* Προελθὼν *MS. Ox.* SPANH.

q Αἰτίους,] *Rost.* Αἰτίας.

r Γενεσθαι] Γενέσθαι *Lugd. Bat.*

s Ετρωσεν.] *Cas.* Εσαυρωσε.

t Οἵτε πεσόντες ταφῆς,] *Rost.* Οἵτε πεσόντες καὶ οἱ τραυματίαι, ταφῆς οἱ μὲν, οἱ δὲ θεραπείας ἠξιώθησαν ὑπὸ Υρκανοῦ.

v Οἱ μὲν οἱ] Paulo aliter in *Antt.* l. 10. c. 6. §. 1. οἱ δὲ λοιποὶ ἀμφυγόντες εἰς οἰκεῖα περιδεεῖς ἡσύχαζον, &c.

x Κατὰ τὴν πόλιν] Ita ex *Lugd. Bat.* & *Rost.* reliqui μετὰ τ. π. HAV.

* In Hierosolyma paratus irruere. *Ruf.*

ΚΕΦ. ιγ'.

Πάρθοι, Ἀντίγονον εἰς τ' Ἰουδαίαν καθάγοντες, Ὑρκανὸν καὶ Φασάηλον ἐδέσμευσαν. Ἡρώδου φυγὴ, Ἱεροσολύμων ἁρπαγὴ, καὶ οἷα ἔπαθον Ὑρκανὸς καὶ Φασάηλος.

γ. Μετὰ δὲ ἔτη δύο, [z] Βαρζαφάρνης τῶν Πάρθων [a] σατράπης σὺν Πακόρῳ [b] τῷ βασιλέως υἱῷ Συρίαν καθαχόησαν, Λυσανίας [c] ἁρπ δεδεγμένος ἤδη τ' ἀρχὴν, ὃς πατρὸς τελευτήσαντος, Πτολεμαίου δ' ἦν υἱὸς Μιννάου, πείθει τ' [d] σατράπην, ὑποσχέσει χιλίων ταλάντων καὶ [e] πεντακοσίων γυναικῶν, [f] καταγαγεῖν ὅπι [g] βασιλείας τ' Ἀντίγονον, [h] καθαλῦσαι δὲ [i] τ' Ὑρκανόν. τούτοις ὑπαχθεὶς Πάκορος μὲν ἦλθε τ' ὡς θάλασσαν, Βαρζαφάρνην δὲ ἀπὸ τ' μεσογείου προσέταξεν ἐμβαλεῖν. [k] τ' δ' ὅπι θαλατίοις [l] Τύριοι Πάκορον οὐκ ἐδέξαντο καί τοι Πτολεμαέων καὶ Σιδωνίων δεδεγμένων. ὁ δὲ, οἰνοχόῳ τινὶ τ' βασιλικῶν [m] ὁμωνύμῳ μοῖραν τ' ἵππου ὡς θάλασσης, ἐμβαλεῖν ἐκέλευσεν εἰς τ' Ἰουδαίαν, [n] καθασκεψόμενόν τε τὰ τ' πολεμίων, καὶ πρὸς ἃ δέοι βοηθήσοντα Ἀντιγόνῳ.

β'. Τῶν δὲ κατεχομένων τ' Κάρμηλον, πολλοὶ Ἰουδαίων [o] συνδραμόντες πρὸς Ἀντίγονον, προθύμως ἑαυτοὺς ὅπι τ' εἰσβολὴν παρεῖχον. ὁ δ' αὐτοὺς ὅπι τ' καλούμενον [p] Δρυμὸν προέπεμψε, τὸ χωρίον καταλαβεῖν· ἐν ᾧ γενομένης συμβολῆς, ὡσάμενοι τοὺς πολεμίους καὶ διώξαντες, ὅπι Ἱεροσολύμων ἔθεον· γενόμενοι δὲ πλείους, μέχρι τ' βασιλείων προῆλθον. Ὑρκανῷ δὲ καὶ Φασάηλῳ δεξαμένων αὐτοὺς κραταιῶς φύλῳ, μάχη κατ' τ' ἀγορὰν συρρήγνυται· καθ' ἣν τρεψάμενοι τοὺς πολεμίους οἱ περὶ Ἡρώδιον, καταδιώκουσιν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ φθείρουσι, [q] αὐτῶν ἄνδρας ἑξήκοντα ταῖς πλησίον [r] οἰκίαις ἐγκατέστησαν. τούτους μὲν οὖν ὁ στασιάζων πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς λαὸς, ἐπελθὼν [s] ἐμπίπρησιν. Ἡρώδης δὲ ᾗ δήμου πολλοὺς, κατ' ὀργὴν τ' ἀπλωλότων, ἀναιρεῖ συμβαλών· καθ' ἡμέραν ἐπεκθεούντων ἀλλήλοις κατ' λόχους, φόνος ἦν ἀδιάλειπτος.

γ'. Ἑστώσης δὲ ἑορτῆς, ἣ Πεντηκοστὴ καλεῖται, τότε περὶ τὸ ἱερὸν πᾶν, καὶ ἡ πόλις ὅλη πλήθους τ' ἀπὸ τ' χώρας ἀναπίμπλαται τὸ πλέον ὁπλιτικοῦ. καὶ Φασάηλος μὲν τὸ τεῖχος, Ἡρώδης δὲ [t] μετ' ὀλίγων ἐφρούρει τὰ βασίλεια, καὶ τοις πολεμίοις ἐπιδρομὰν ἀσυντάκτοις κατ' τὸ [u] προσάρκτιον, πλείους μὲν ἀναιρεῖ, τρέπεται δὲ

CAP. XIII.

Parthi, Antigonum in Judæam reducentes; Hyrcanum & Phasaëlum in vincula conjiciunt. Herodis fuga, Hierosolymorum direptio, & clades Phasaeli & Hyrcani.

BIennio autem post, cum Barzapharnes Parthorum satrapa & Pacorus regis filius Syriam occupassent, Lysanias qui in principatum succesſerat post mortem patris (ille autem Ptolemæus erat Minnæi filius) satrapæ persuadet, ipsi mille talenta & quingentas mulieres pollicendo, Antigonum in regnum reducere & Hyrcanum deturbare. His inductus Pacorus, ipse quidem per oram maritimam profectus est, Barzapharni vero præcepit per mediterranea impressionem facere. Sed maritimorum Tyrii Pacorum excluserunt, quamvis Ptolemaïdenses & Sidonii eum admiserant. Ille vero, cum pocillatori cuidam regio, ipsi cognomini, equitatus partem tradidisset, jussit *eum* irruptionem facere in Judæam, ut & res hostium specularetur, & Antigonum, siquidem opus esset, adjuvaret. *Lysanias Pacoro & Barzapharni persuadet, ut Antigonum in regnum reducant. Antt.* l. 14. c. 13. §. 3.

2. Illis autem Carmelum populantibus, multi Judæi ad Antigonum confluebant, seque paratos esse ostendebant una cum eo irrumpere. Ille vero ad locum qui Drymus appellatur eos præmisit, ut regionem *istam* occuparent; ubi pugna commissa, depulsisque hostibus & fugatis, Hierosolyma cursu petebant; auctique plurium accessione usque ad regiam procedebant. Cum autem eos valida manu excepissent Hyrcanus & Phasaëlus, in foro prælio confligitur, in quo hostibus ab Herode suisque in fugam versis, eos in fanum concludunt, virosque sexaginta qui illos custodirent in vicinis domibus collocarunt. Cæterum populus, seditionem in fratres faciens, *illos* aggressus *cum domibus* concremarunt. Herodes autem, ob *viros tot* peremptos ira excandescens, pugna cum populo conserta, multos illorum interficit: & aliis quotidie in alios * turmatim incursantibus, continua facta est cædes. *Judæi multi ad Antigonum confluunt. Antt.* l. 14. c. 13. §. 3. *Hierosolymis pugna in foro commissa superantur Antigoniani. Antt.* l. 14. c. 13. §. 3.

3. At festo instante, quod Pentecoste appellatur, loca omnia circa templum, & tota urbs plebe rustica repleta est & pleraque armata. Et Phasaëlus quidem muros, Herodes vero cum paucis regiam tutabatur; factoque in hostes inordinatos incursu ad *urbis* partem borealem, complures quidem perimit, universos vero in fugam vertit; & alios in urbem, *Iterum cum iisdem confligitur. Antt.* l. 14. c. 13. §. 3.

---

y Μετὰ δὲ ἔτη δύο,] Quippe anno secundo (ab adventu scilicet Antonii in Asiam, idque hortante Labieno) Pacorus & Barzapharnes Syriam occupavere. Ptolemæus quoque defunctus est: cujusque filius & successor Lysanias conciliante satrapa cum Antigono amicitiam iniit. *Antt.* l. 14. c. 13. §. 3. Tum deinde Lysanias (prout hic scribit *Josephus*) seu (ut *Antt.* l. 14. c. 13. §. 3.) Antigonus, h. e. uterque junctis operis perfecere ut Antigonum Parthi reducendum susciperent. ALDR. Vide Pagi Critic. Vol. 1. p. 219. & Noldium p. 234.

z Βαρζαφάρνης] *Lugd. Bat.* & *Rost.* hic & inferius Βαρζαφάρνου.

a Σατράπης] Τετράπης *Bod.*

b Τῷ βασιλέως] Τῷ β. malunt *Lugd. Bat.* & *Rost.*

c Διαδεδεγμένος] Ita *Big. Bod.* & *Voss.* ἀναδεδεγμένος in *Editis Aldinque.* Διαδεδεγμένος *MS. Ox.* SPANH.

d Σατράπην,] Sc. σὺν τῷ βασιλεῖ.

e Πεντακοσίων γυναικῶν,] Conf. *Antt.* lib. 14. c. 13. §. 3. SPANH.

f Καταγαγεῖν ὅπι] Apud *Dionem* l. 48. p. 375. A. est τ' Ἀριστόβουλον τ' ἀδελφὸν αὐτῦ, pro τ' Ἀντίγονον τ' ἀδελφῶν αὐτῦ. Corruptio manifesta: quoniam hunc ipsum regem idem *Dio* non Aristobulum sed Antigonum deinceps appellat; *Sc.* l. 48. p. 382. & l. 49. p. 405. ALDR.

g Βασιλείας] *Lugd. Bat.* Βασιλείων.

h Καθαλῦσαι δὲ] Conf. sup. cap. 10. §. 7. SPANH.

i Τὸν Ὑρκανὸν.] A *Lugd. Bat.* articulus abest.

k Τῶν δ' ἐπιθαλατίων] *Dio.* lib. 48. p. 372. E. SPANH.

l Τύριοι Πάκορον] Saxa mortuo, Syriam Pacorus subegit universam. Tyrum solam qui reliqui erant Romani, & qui cum his sentiebant Syri anteceperunt; & neque suasionibus neque vi (nam classem Parthi nullam secum habebant) in potestatem ejus redigi potuerunt: prout testatur *Dio* l. 48. p. 372. E. ALDR.

m Ὁμωνύμῳ] Οἰωνύμῳ *MS. Bod. Ox.* SPANH.

n Καθασκεψόμενον] *Rost.* Καθασκιψάμενον.

o Συνδραμόντες] Προσδραμόντες *Bod.* & *Rost.*

p Δρυμὸν προέπεμψε,] In *Antt.* l. 14. c. 13. §. 3. Δρυμοὶ δὲ τὸ χωρίον καλεῖται. *Strabo* l. 16. p. 758. D. μεταξὺ δὲ ὄρος τι Καρμηλος τὸ ὄρος καὶ πολιχνίον ὁμώνυμον, πλοῦν δὲ ἐστὶν——εἶτα Δρυμὸς μέγας τις. Hujus sylvæ præter *Strabonem* Chorographorum nemo, quod sciam, meminit. Etiam *Plinius*, qui exscripsit cætera, hanc perscopen veluti data opera prætermisit. Memoratur tamen δρυμὸς Καρμήλου 2 *Reg.* XIX. 23. ex *Esa.* XXXVII. 24. ALDR. Δρυμοὶ δὲ τὸ χωρίον. ἀρχ. lib. 14. c. 13. §. 3. Δρυμὸς *Straboni* lib. 16. p. 758. D. & Δρυμὸς Καρμήλου 2 *Reg.* 19. 23. & *Esa.* 37. 24. Ox. SPANH.

q Αὐτῶν] Αὐτῷ *Bod.* Αὐτῷ *MS. Bod. Ox.* SPANH.

r Οἰκίαις] Οἰκείαις *MS. Big. Bod. Ox.* SPANH.

s Ἐμπίπρησιν.] Ὑποπίμπρησιν *Lugd. Bat.*

t Μετ' ὀλίγων] *Rost.* Μέλα πολλῶν quod plane contrarium facit sensum; sed in *Antt.* clare legitur σὺν ὀλίγοις. HAV.

u Προσάρκτιον,] Πρωϊσιον *Ruf.* & *Antt.* l. 14. c. 13. §. 4. utrumque recte. nam & templum erat in parte urbis aquilonari, & regia è templi latere boreali. ALDR.

* Per insidias, *Ruf.*

Urbs cum fano occupatur. Antt. l. 14. c. 13. §. 4.

y Μετὰ δὲ τὴν] Aristobulus, Mariamnes frater, jussu Herodis in natando suffocatus est. vid. *Antt.* l. 15. c. 3. §. 3. SPANH.
z Διὰ νυκτὸς] Abest a *Rost.*

γ'. Διὰ ταῦτα Ηρώδην τε ὠνείδιζεν ἡ Μαριάμμη, ἡ τ' ἀδελφὴν αὐτοῦ ἡ τ' μητέρα δειναῖς ἐξύβριζε λοιδορίαις. ἀλλ' ὁ μεν [a] πεφίμωτο [b] τοῖς ἐμέροις. δεινὴ ἡ τὰς γυναῖκας ἀγανάκτησις εἰσῆει, ἡ, πρὸς ὃ μάλιστα κινήσειν τ' Ηρώδην ἔμελλον, εἰς μοιχείαν διέβαλλον αὐτήν. ἄλλά τε πολλὰ πρὸς τὸ πιθανὸν σκευαζόμην, ἡ [c] κατηγορεῖσαι διότι τ' εἰκόνα τ' ἑαυτῆς πέμψειεν εἰς Αἴγυπτον Ἀντωνίῳ, ἡ δι' ὑπερβολὴν ἀσελγείας ἀπᾶσαν δείξειεν ἑαυτὴν ἀνθρώπῳ γυναικομανεῖ τι ἡ βιάζεσθαι δυναμένῳ. τοῦτο, ὥσπερ σκηπτὸς [d] ἐμπεσὼν, ἐτάραξεν Ηρώδην, μάλιστα μὲν διὰ τ' ἔρωτα ζηλοτύπως ἔχοντα, λογιζόμενον δὲ ἡ τ' Κλεοπάτρας δεινότητα, δι' ἣν Λυσανίας τε ὁ βασιλεὺς ἀπήρητο, ἡ [e] Μάλιχος ὁ Ἄραψ. ὑ γὰρ ἀφαιρήσει γαμέτης ἐμέτρει τ' κίνδυνον, [f] ἀλλὰ θανάτῳ.

δ'. Μέλλων δ' ἐν Σπάδημεῖ, Ἰωσήπῳ τῷ ἀνδρὶ Σαλώμης τ' ἀδελφῆς αὐτοῦ, πιστὸς δὲ ἦν ἡ διὰ τὸ κηδος εὔνους, ὡδὶ διέθετ' γυναῖκα, κρύφα δὺς ἐντολὰς ἀναιρεῖν αὐτὴν εἰ καίτοι Ἀντωνίῳ. ὁ δὲ Ἰώσηπος, ὅτι κακοήθως, ἀλλὰ τ' ἔρωτα τ' βασιλέως ὡδὶ πιστῶσαι τῇ γυναικὶ βουλόμενος, ὡς' οὐδὲ σπουδὴν αὐτῆς ὑπομένοι διαζευχθῆναι, τὸ σπόρρητον ἐκφέρει. καίτοι πρὸς ἐπανήκοντα τ' Ηρώδην, πολλά τε περὶ τ πρὸς αὐτὴν [g] πόθου ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἐπομνύμενον, [h] ἡ ὡς οὐδὲ ἐραστήν ποτὲ γυναικὸς ἄλλης, πάντ γῦν, εἶπε, ταῖς πρὸς Ἰώσηπον ἐντολαῖς ἐπιδείξω τ' εἰς ἡμᾶς ἔρωτα, [i] κλεῖναί με προστάξας.

ε'. [k] Ἐκφρων εὐθέως ἀκούσας τὸ σπόρρητον ἦν, ἡ οὐκ ἄν πω τ' Ἰώσηπον ἐξαγγεῖλαι τ' ἐντολὴν φάμενος, εἰ μὴ διαφθείρειεν αὐτὴν, ἐνθουσία τῷ πάθει, ἡ τ' κοίτης [l] ἐξαλλόμενος, [m] ἀνέδην ἐν τοῖς βασιλείοις [n] ἀπειλεῖτο. καὶ τούτῳ Σαλώμη ἡ ἀδελφὴ, τ' καιρὸν εἰς τὰς διαβολὰς ἁρπάσασα, τ' εἰς τ' Ἰώσηπον ἐβεβαίωσεν ὑποψίαν. [o] ὁ δὲ, ὑπ' ἀκράτου ζηλοτυπίας ἐνμανεὶς, ὡδὶ παχρῆμα κτείνειν προσέταξεν ἀμφοτέρους. μεταύθις δ' εὐθέως εἶπεν τῷ πάθει, ἡ δ' θυμῷ πεσόντος ὁ ἔρως [p] πάλιν ἀνεζωπυρεῖτο. τοσαύτη δὲ ἦν φλεγμονὴ τ' ἐπιθυμίας, ὡς μηδὲ τεθνάναι δοκεῖν αὐτὴν, ὑπὸ δὲ κακώσεως ὡς ζώσῃ προσλαλεῖν, μέχρι τῷ χρόνῳ διδαχθεὶς [q] τὸ πένθος ἀνάλογον ἡ λύπην ἔσχε τῇ πρὸς [r] πεῖσαν διαθέσει.

3. Ob ista, probra in Herodem jaciebat Mariamne, fororemque ejus & matrem atrocibus conviciis proscindebat. Sed illi quidem præ amore os erat occlusum. Gravis autem indignatio mulieres subiit, &, quo maxime Herodi iram concitarent, insimulabant eam adulterii; & alia multa ad fidem faciendam instruentes, eamque accusantes, quod in Ægyptum imaginem suam misisset Antonio, & ex immoderata libidine semet absentem viro ostendi curasset, mulierum desiderio furenti, & qui vim posset adhibere. Hoc ipsum, veluti fulmen *aliquod* emissum, perturbavit Herodem, maxime quidem amoris causa zelotypia inflammatum, insuperque secum reputantem Cleopatræ sævitiam, cujus gratia & Lysanias rex & Malichus Arabs erant perempti. Non enim ex eo quod conjux sibi eripienda esset, sed quod mortis discrimen adiret, periculum metiebatur. *Mariamnes insolentia.* *In eam accusatio instituta. Antt.* l. 15. c. 2. §. 6.

4. Itaque peregre profecturus, Josepho, Salomes sororis suæ marito, quem fidum habebat & ex affinitate benevolum, uxorem commendat, mandato ei clam, ut illam interficeret, si modo ipsummet occideret Antonius. Verum Josephus non maligne, sed regis amorem mulieri demonstrare volens *tam magnum esse*, ut ab ea semet ne mortuum quidem disjungi pateretur, arcanum *ei* enunciat. Atque illa, cum reversus esset Herodes, multaque inter colloquendum de suo illius desiderio juraret, quodque nunquam aliam mulierem adeo deamaret, valde, inquit, tuum erga nos amorem patefecisti mandatis Josepho datis, quibus ut me occideret præcepisti. *Herodis mandatum secretum de Mariamne occidenda, proditum à Josepho. Antt.* l. 15. c. 3. §. 6.

5. Herodes, cum arcanum audiisset, illico mentis impos erat, dicensque Josephum sua mandata non fuisse proditurum, nisi eam stuprasset, præ dolore insaniebat, atque stratis exsiliens, ultro citroque cursabat in regia. Intereaque soror ejus Salome, arrepto tempore ad criminandum, suspicionem de Josepho confirmavit. Ille vero ex immoderata zelotypia in furorem actus, è vestigio utrumque necari jussit. At continuo insaniam excipiebat pœnitentia, iraque residente amor iterum exsuscitatur. Tanta autem ejus cupiditate ardebat, ut mortuam vix aut ne vix quidem esse crederet, sed præ ægritudine eam, quasi adhuc viveret, alloqueretur; donec tempore *veriora* edoctus, luctus & mæroris magnitudine eum quo superstitem dilexerat æquavit affectum. *Ob quod Herodes ira & zelotypia accensus. Antt.* l. 15. c. 3. §. 9.

CAP.

a Πεφίμωτο] Conf. sup. Præfat. §. 5. SPANH.
b Τοῖς ἐμέροις.] Conf. sup. c. 20. §. 1. SPANH.
c Κατηγορῆσαι] Κατηγορῆσαι *MSS.* & *Basil. Ox.* SPANH.
d Ἐμπεσὼν,] Ita ad unum omnes *MSS. ἐμπεσὸν Bas.* & *Gen.* HUDS. *Gen.* Ἐμπεσὸν, vel *ἐμπεσὸν MSS.* SPANH.
e Μάλιχος ὁ Ἄραψ.] Vide supra cap. 18. §. 8. & *Antt.* l. 15. c. 4. ubi Lysaniam interfectum legimus; confirmante etiam *Dione* XLIX. p. 411. B. At de cæde Malichi præterquam hoc uno in loco, quod meminerim, nihil constat. ALDR.
f Ἀλλὰ θανάτῳ.] Jam enim accersiverat illum Antonius, ut de objecta sibi Aristobuli morte Laodiceæ causam diceret, *Antt.* lib. 15. c. 3. §. 5. ALDR.
g Πόθου] Συμπαθοῦς *Big. Bod. Voss. Rost.* & *Lipsi.* Συμπαθοῦς *Big. Bod. Voss. Ox.* & *MS. Lipsi.* SPANH.
h Καὶ ὡς] Delet ἡ *Rost.*
i Κτεῖναί με] *Rost.* Κτεῖναι μὲν.
k Ἐκφρων εὐθέως ἀκούσας] Ἐκφρων δ' εὐθέως *Busb.*
l Ἐξαλλόμενος,] *Lugd. Bat.* Ἐξαλόμενος.
m Ἀνέδην] Conf. supra. c. 4. §. 1. *ἀνέδην ὑπὸ τ' Ἀράβων φονευόμενος.* SPANH.
n Ἀπειλεῖτο.] Ita *Bas. Busb.* & *Rhod. ἀπειλεῖτο Gen. ἀπείλατο Big. ἀπαλεῖτο Bod.* HUDS. *Απειλεῖτο Basil. ἀπείλατο Big. ἀπαλεῖτο Bod.* SPANH.
o Ο δὲ, ὑπ' ἀκράτου] Excidisse aliquid videtur quod sic supplere potest. *Unde Herodes, immoderata zelotypia furens,* [parum abfuit quin uxorem occideret; at Josepho ne in conspectum quidem admisso mortem intulit. Rursus cum ad Cæsarem Rhodum iret, Mariamnen cum matre Alexandra Josepho alteri, quæstori suo, Soëmoque commisit; & siquid sibi mali contingeret, ut utramque tollerent imperavit. Quod cum Soëmus aliquando effutisset, temperare sibi non potuit Mariamne quin reversum Herodem signis odii manifestis exciperet: eumque propterea commotum soror ejus & mater irritabant; ne quid tamen gravius statueret intercessit Cæsaris salutatio. Post annum vero quam à Cæsare reversus est, Salomes opera Mariamne veneficii accusata est, & tormenta Eunucho ejus adhibita; qui de veneficio nihil fassus, cum offensam diceret reginam propter ea quæ Soëmus indicasset, suspicatus Herodes id indicium stupro redemptum,] *confestim utrumque jussit interfici.* Vide *Antt.* l. 15. c. 3. 4. & seqq. ALDR.
p Πάλιν] *Rost.* Αὖθις.
q Τὸ πένθος] Ita rescripsi ex conjectura. Antea erat *τὸ πένθος ἀνάλογον τὴν λύπην* in *Editis Aliisque. τὸ πάθος Voss.* τ' τάφον legisse videtur *Rufinus*, qui vertit, *donec processu temporis funere cognito.* Nihil horum agnoscit *Bod.* HUDS. *Τὸ πάθος Voss.* funus τάφος *Ruf.* SPANH.
r Πρὶν σαν] Sic *Voss.* & *Ruf. πατρίαν*, aut *πρέπουσαν*, aut *πρέπουσαν* in *cæteris.* HUDS. *Πρὶν σαν Voss. Ruf. Πατρίαν Bod. Ox. Πατρίαν MS. Lipsi.* SPANH.

s Εστι]

CAP. XXIII.

ΚΕΦ. κγ'.

Calumniæ in filios Mariamnes. Antipater iis præpositus. Eorundem accusatio apud Cæsarem, & reditus in gratiam cum Herode.

Διαβολαὶ εἰς υἱὸς Μαριάμμης. Αντίπατρος αὐτοῖς προτιμᾶται ὑπὸ Καίσαρος καθηγορῶνται, ϗ αὐτοῖς διαλλάττεται Ηρώδης.

Mariamnes filii contra Herodem irritati. *Antt.* l. 16. c. 3. §. 1.

MAternæ autem iracundiæ *quasi* hæredes succedunt filii; &, immanitatem sceleris reputantes, non aliter patrem, quam si hostis esset, suspectum habebant, idque & antea cum Romæ in studiis versarentur, & multo magis postquam in Judæam reversi sunt. Nam una cum ætatibus illorum adolevit affectus. Posteaquam vero conjugio maturi, unus amitæ *suæ* Salomes, quæ matrem eorum accusavit, *filiam* duxerat, alter Archelai Cappadocum regis filiam, tum *quidem* odio *suo* etiam loquendi libertatem adjungebant. Ex illa autem audacia *temeraria* calumniandi ansa arrepta est, & mox apertius quidam apud regem dicebant, quod ei à filio quidem utroque struerentur insidiæ; ille vero, qui Archelai gener erat, socero fretus etiam fugam pararet, *regem* ipsum apud Cæsarem accusaturus. Herodes autem, cum criminationum satis superque accepisset, Antipatrum ex Doride susceptum, veluti propugnaculo sibi futurum adversus filios, ad se adducit, ejusque rationem modis omnibus habere cœpit.

Μητρῴας μὲν οὖν ὀργῆς οἱ παῖδες ὀργῆς, ϗ τῇ μύσει ἔννοιαν λαμβάνοντες, ὡς πολέμιον ὑφεώρων τὸν πατέρα, ϗ πρότερον μὲν ὑπὸ Ρώμης παιδευόμενοι, πλέον δὲ ὡς εἰς Ιουδαίαν ὑπέστρεψαν. συνήνδρωτο δ' αὐτοῖς ταῖς ἡλικίαις ἡ ἀσθένεια. ἐπεὶ δὲ γάμων ἔχοντες ὥραν, ὁ μὲν τὴν θυγατέρα Σαλώμης, ἣ τὸν μητρὸς αὐτοῖς καθηγόρησεν, ὁ δὲ ἔγημεν Αρχελάου τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως θυγατέρα, προσελάμβανον ἤδη τῷ μίσει ϗ παῤῥησίαν. ὃν δὲ θράσος αὐτοῖς ἀφορμὰς οἱ ἀσθενοῦντες ἐλάμβανον, ϗ φανερώτερον ἤδη τῷ βασιλεῖ, διελέγοντό τινες, ὡς ὑπεβουλεύοιτο μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν υἱῶν. ὁ δὲ Αρχελάῳ κηδεύσας ϗ φεύγειν παρασκευάζοιτο, τῷ πενθερῷ πεποιθὼς, ἵνα ὑπὸ Καίσαρος αὐτῷ κατηγορήσῃ. ἀναπληθεὶς δὲ τὸν ἀσθολῶν Ηρώδης, ὥσπερ ὑπτείχισμα τοῖς υἱοῖς, κατάγει τὴν ἐκ τῆς Δωρίδος Αντίπατρον, ϗ πάντα τρόπον προτιμᾶν ἄρχεται.

Herodes mirum in modum Antipatro favet. *Antt.* l. 16. c. 3. §. 3.

2. Illis autem intoleranda erat hæc *rerum* mutatio, cumque viderent matre privata natum *auctoritate adeo* proficere, tantos eis sua nobilitas stimulos subdidit, ut indignationem cohibere non potuerint; sed ob quodcunque, grave illis & molestum, iram suam palam faciebant. At cum illi indies magis infesto & inimico essent animo, Antipater jam studiose omnia ipse agebat, (ut qui optime norit patrem adulari, & varias in fratres suos calumnias pararet, quasdam ipsemet spargens, alias vero necessariis suis divulgandas submittens) donec spem regni omnem fratribus præciderat. nam & in testamento & aperte quoque jam ipse *designatus* erat *imperii* successor: denique tanquam rex etiam ad Cæsarem missus est, & ornatu & cætero præter diadema cultu *regio* instructus. Tempore autem *brevi* tantum gratia valuit, ut matrem suam in lecto Mariamnes collocaret: geminisque armis contra fratres usus, blanditiis & calumniis, clam effecit ut rex etiam de filiorum nece cogitaret.

β'. Τοῖς δὲ ἀφόρητον ἦν ἡ μεταβολὴ, ϗ τὸν ἐξ ἰδιώτιδος μητρὸς ὁρῶντες προκόπτοντα, ϗ τὸν αὐτῶν εὐγένειαν σὺν ἐκράτουν ἡ ἀγαναχήσεως. ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τῶν ἀνιαρῶν, τὴν ὀργὴν ἐξέφαινον. ὡς δὲ οἱ μὲν καθ' ἡμέραν προσίσταντο μᾶλλον. ὁ δὲ Αντίπατρος ἤδη ϗ δι' αὐτὸν ἐσπουδάζετο, δεινότατος μὲν ὢν συ ταῖς πρὸς τὸν πατέρα κολακείαις, ἀσθολὰς δὲ κατὰ τῶν ἀδελφῶν ποικίλας συσκευαζόμενος, ϗ τὰ μὲν αὐτὸς λογοποιῶν, τὰ δὲ τοὺς ὑπηδείους φημίζειν κελεύων, μέχρι παντάπασι τοὺς ἀδελφοὺς ἀπέῤῥηξε τῆς βασιλικῆς ἐλπίδος. ϗ γὰρ συ ταῖς ἀσθήκαις, ϗ φανερῶς αὐτὸς ἦν ἤδη ἀσθοχος. ὡς βασιλεὺς γοῦν ἐπέμφθη ϗ πρὸς Καίσαρα, τῷ τε κόσμῳ ϗ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις, πλὴν ἀσθήματος, χρώμενος. χρόνῳ δὲ ἐξίσχυσεν εἰσαγαγεῖν ὑπὸ τὸν Μαριάμμης κοίτην τὸν μητέρα. δυσὶ δὲ ὅπλοις κατὰ τῶν ἀδελφῶν χρώμενος, κολακείᾳ ϗ ἀσθολῇ, τὸν βασιλέα ϗ σὺν θανάτῳ τῶν υἱῶν ὑπειργάσατο.

Mariamnes filiosmale tractat, eisque insidias struit Antipater. Ibid.

Herodes apud Cæsarem accusat Alexandrum fratremque. *Antt.* l. 16. c. 4. §. 1.

3. Quapropter pater cum Alexandrum secum Romam duxisset, veneni sibi parati reum apud Cæsarem postulavit. Ille autem, cum ægre eò confidentiæ devenisset ut calamitatem *suam* deploraret, & judicem habens Antipatro *rerum* peritiorem & Herode prudentiorem, *verba faciens* delicta quidem patris verecunde suppressit, ejus vero criminationes fortiter diluit: cumque fratrem periculorum con-

γ'. Τὸν γοῦν Αλέξανδρον σύρας μέχρι Ρώμης ὁ πατὴρ, ϗ ἐφ' ἑαυτῷ φαρμακείας ἔκρινεν ὑπὸ Καίσαρος. ὁ δὲ εὑρὼν μόλις ὁλοφυρμῶν παῤῥησίαν, ϗ δικαστὴν ἐμπειρότερον Αντιπάτρου, ϗ Ηρώδου φρονιμώτερον, τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ πατρὸς αἰδημόνως ὑπεσείλατο, τὰς δὲ αὐτοῦ ἀσθολὰς ἰσχυρῶς ἀπεδύσατο. καθαρὸν δὲ ϗ τὸν ἀδελφὸν ἐπιδείξας κοινωνοῦντα

Summa defensionis Alexandri. Vide Antt. l. 16. c. 4. §. 3.

s Επει] Ita in omnibus *MSS.* ἐπὶ ϛ *Baf.* & *Gen.* Huds. Επει *MS. Ox.* Spanh.

t Τῶ] Ita *MS.* τῷ in *Impressis.* Huds. Τῶ *MS. Ox.* Spanh.

v Ελάμβανον,] *Lugd. Bat.* Διελάμβανον.

x Πρείμῶν ἀρχὴ.] In hac voce interpretanda à recepta versione discessimus; nos de errore monente Cl. *L. Bos.* in *Animadv. ad Script. Gr.* c. XXI.

y Δι' αὐτὸν] Δι' αὐτὸν in *Editis.* δ' αὐτὸ *Big.* δ' ἑαυτὸν in quibusdam *MS.* Huds. Δι' αὐτὸ *Big.* & quædam *MS. Ruf.* Spanh.

z Εσπουδάζετο,] *Rost.* ἐσπουδάζε.

a Υπειργάσατο.] *Lugd. Bat.* Απειργάσατο.

b Τὸν γοῦν Αλέξανδρον] Et Aristobulum etiam: solum tamen Alexandrum nominat *Josephus*, quod in eum præcipue (sicut alibi loquitur) tota domus tempestas incubuerit; quodque ejus partes in propulsando hoc periculo potiores essent. Aldr.

c Ο δὲ εὑρὼν μόλις] Alexandrum quidem dicit (*Originum*, p. 716.) orationem ægre invenisse; nam & eum dolor impediebat, & indecorum erat ita patri respondere, quemadmodum res ipsa postulabat, & contra quemvis alium licuisset: sed Augustum illi judicem contigisse, non tam credulum & præcipitem, quam Herodes fuerat; quemque non posset Antipater, sicut Herodem, dolo fallere; nam ad ejus prudentiam magnus usus accesserat. Accusantibus igitur ab initio diffisus est; & nunc quoque facile intellexit, tarditatem Alexandri non ex sceleris conscientia, sed ætate, dolore, & patris reverentia profici. Aldr.

d Εμπειρότερον] Εμπειρότατον *Voss. Big.* & *Lipsi.* ἀπειρότατον legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *Ille autem vix deplorandi copiam nactus, & licet apud imperitissimum judicem, tamen Herode & Antipatro prudentiorem*, &c. Huds. Εμπειρότατον *Big. MS. Lipsi.* ἀπειρότατον. *Ruf. Ox.* Spanh.

e Ως

ῥητα τ̃ κινδύναν, ὅτως ἤδη τό, τε Αντιπάτρυ πάνεργον ᾖ τ̃ αὐτ̃ ἀτιμίαν ἀπωδύρετο. σωήργ ᾖ αὐτῷ μ̃ καθαρ̃ γ̃ συνειδότ ἡ θε̃ λόγυς ἰσχύς· ἦν γ̀ δὴ δεινότα εἰπεῖν. ᾖ τὸ τελθταῖον Φάμεν, [c] ὡς τῷ παῖδὶ κλείναν αὐτύς [f] ἔσιν, εἰ δὴ προλίθ τὸ ἔγκλημα, προήγαγε μ̃ εἰς δάκρυα πάνας· τ̃ ᾖ Καίσαρα διέθηκεν ὅτως, ὡς ἀπηγνῶναι μ̃ αὐτ̃ τὰ [g] καθηγορημένα, ἀφαλλάξαι ᾖ Ηρώδυ εὐθέως. αἱ ἀφαλλαγαὶ ᾖ ὅπ̀ τυτοις ἦσαν, ὥσ̃ε ἐκείνυς μὲν τῷ παῖδὶ πάνα πειθαρχεῖν, τ̃ ᾖ τ̃ βασιλείαν καλαλιπεῖν ᾧ βέλ.

δ'. Μετὰ ταῦτα ᾖ ἀπὸ Ρώμης ὑπέσ̃εφεν ὁ βασιλεὺς, τ̃ μὴ ἐγκλημάτων [h] ἀφηκέναι τὺς υἱεῖς δοκῶν, τ̃ ᾖ ὑπονοίας· ὁδὲ ἀπηλλαγμέν. παρηκολύθ [i] δὲ Αν̄ίπατ, ἡ γ̃ μίσυς ὑπόθεσις, ἀλλ' εἴς γε τὸ φανερὸν τ̃ ἀπέχθειαν ὁδὲ ἐξέφερε, τ̃ ἀφαλλακτὴν αἰδύμν. ὡς δὲ τ̃ Κιλικίαν ἐπλεύσεν κατ̃ρεν [k] εἰς Ελεῦσαν, εἰσία μὴ αὐτὺς φιλοφρόνως Αρχέλα, ὑπὲρ τ̃ γ̃ γαμβρ̃ σωτηρίας εὐχαρισ̃ῶν, ᾖ ταῖς διαλλαγαῖς ἐφηδόμν, ὡς ἂν ᾖ τάχιον γεγραφὼς τοῖς ὅπ̀ Ρώμης φίλοις, συλλαμβάνε τε̃ τ̃ δίκλω Αλεξάνδρῳ. προπέμπ δὲ μέχρι Ζεφυρίυ, δ̃ρα δ̃ς μέχρι τριάκοντα ταλάντων.

ε'. Ως δὲ εἰς Ιεροσόλυμα Ηρώδης ἀφικνεῖ, συναγαγὼν τ̃ λαὸν, ᾖ τὺς τρεῖς υἱεῖς προσ̃ησάμν, ἀπελογεῖτο πε̃ὶ τ̃ ἀποδημίας· „ ᾖ πολλὰ μὴ „ ηὐχαρίσ̃ τῷ Θεῷ, πολλὰ δὲ Καίσαρι καλας̃η„ σαμένῳ τ̃ οἶκον αὐτ̃ τεταραγμένον, ᾖ [l] μεῖζον τι „ τοῖς υἱοῖς προσ̃αχόντι τ̃ βασιλείας τ̃ ὁμόνοιαν, ἣν „ αὐτὸς ἔφη συναρμόσαι μᾶλλον. ὁ μὴ γ̃ κύριον „ ἐμὲ τ̃ δεχ̃ῆς ᾖ δικασ̃ὴν γ̃ ἀφαδόχυ καλέσ̃ησεν, „ ἐγὼ δὲ, μ̃ γ̃ συμφέροντ ἐμαυτῷ κακεῖνον „ [m] ἀμειβόμεν, τυσδὶ τὺς τρεῖς παῖδας ἀπο„ δείκνυμι βασιλέας, ᾖ τ̃ γνώμης πρ̃ῶτον τ̃ Θεὸν „ σύμ̃ηφον, ἔπειτα ᾖ ὑμᾶς παρακαλῶ γενέσ̃. „ τῷ μὴ γ̃ ἡλικία, τοῖς δὲ εὐγένεια τ̃ διαδοχὴν „ προξενεῖ. [n] τὸ γενὴν μέγεθ τ̃ βασιλείας δεχεῖ „ ᾖ πλείοσιν. ὃς δὲ Καίσαρ μὴ ἤνασε, καθίσ̃ησι δὲ „ πατὴρ, ὑμεῖς τηρήσατε, μήτε ἀδίκυς μήτε ἀνω„ μάλυς τὰς τιμὰς διδόντες, ἑκάσ̃ῳ δὲ χ̃ῖ πρεσ„ βεῖον ᾖ γ̃ τοσ̃ῦτον εὐφρανεῖ τις τ̃ παρ' ἡλικίαν „ θεραπθόμν, ὅσον ὀδυνήσ τ̃ ἀτιμυμένον. ὃς „ γενὴν ἑκάσ̃ῳ συνεῖναι δεήσ συγγενεῖς ᾖ φίλυς, „ ἐγὼ ἀφανεμῶ, ᾖ τ̃ ὁμονοίας ἐκείνυς ἐγγυητὰς „ καλας̃ήσομαι, σαφῶς ὁπισ̃άμν, ὅτι τὰς σά„ σεις ᾖ τὰς φιλονεικίας γενήσ̃ται αἱ τ̃ συνδιαλύ„ σεων κακοήθειαι· κἂν ὦσιν ὅτοι χρησ̃οὶ, τηρ̃ῦσι „ τὰς σ̃οργάς. ἀξιῶ δὲ ὐ μόνον τυτυς, ἀλλὰ ᾖ

sortem sceleris purum demonstrasset, tum mox de Antipatri calliditate & de contumeliis & injuriis sibi illatis questus est. Non solum autem ipsum adjuvabat conscientia intemerata, sed & verborum vis: nam acerrimus erat in dicendo. Postremo cum dixisset, patri licere occidere eos, si scilicet crimen objiceret, fecit ut omnes quidem lachrymas profunderent; Cæsar vero ita affectus est, ut accusationem in eos institutam rejecerit, & Herodem illis reconciliarit. ea autem lege facta est reconciliatio, ut adolescentes quidem patri in omnibus obsequerentur, illi vero liberum esset regnum relinquere cui vellet. *Cæsar Herodem filiis reconciliat. Antt.* l. 16. c. 4. §. 4.

4. Post hæc igitur rex Roma reversus est, ita ut videretur filiis quidem criminationes remisisse, haud vero ab omni suspicione liber. Eum autem comitatus est Antipater odii *causa* & fundamentum; sed, reconciliatorem veritus, palam proferre inimicitias non audebat. Cæterum cum juxta Ciliciam navigans ad *insulam* Eleusam appulerit, eos quidem Archelaus convivio perhumaniter excipiebat, pro incolumitate generi gratias referens, & ob concordiam redintegratam hilaritatem suam ostendens: quippe nihil moratus amicis Romæ scripserat, ut in judicio Alexandrum adjuvarent. quin & Zephyrium usque *Herodem* deduxit, talentis etiam triginta donatum. *Herodes in reditu perhumaniter exceptus ab Archelao. Antt.* l. 16. c. 4. §. 6.

5. Postea vero quam Hierosolyma pervenit Herodes, populo convocato, tribusque filiis prope adstantibus, profectionis suæ rationem reddit: „ & „ multas quidem Deo gratias agebat, multas vero „ Cæsari, qui domus suæ perturbationem sedavit „ atque restinxit; &, quod regno majus est, filiis „ auctor erat concordiæ, quam ego, inquit, arctius „ adhuc coagmentare studebo. Nam is quidem me „ regni dominum & de successore *meo* judicem con„ stituit; egó vero, quòd mei interfit, illi etiam „ gratias referens, hos tres filios *meos* reges designo, „ atque huic sententiæ *meæ* primum Deum suffra„ gatorem fieri precor, deinde & vos. namque huic „ ætas, illis generis nobilitas successionem conciliat; „ porro regni ea magnitudo est ut etiam pluribus „ sufficiat. Quos autem Cæsar conjunxit, & pater „ *sui successores* constituit, vos velim observare, né„ que injustis neque disparibus eos colentes honori„ bus, sed quemque pro nascendi ordine. non enim „ tanta quis afficiet eum lætitia qui præter ætatis „ prærogativam colitur, quantum ei, quem despi„ cit, doloris afferet. Cæterum ex consanguineis & „ amicis, quos oportebit cum singulis versari, ego „ illis adjungam, & concordiæ sponsores consti„ tuam; ut qui probe norim, dissidia & contentio„ nes ex malignis ingeniis eorum quibuscum agunt „ proficisci: hosque, si boni fuerint, mutuum amo„ rem tueri. Non istos autem tantum oro & obte„ stor, *Herodis post reditum concio ad popu- lum. Antt.* l. 16. c. 4. §. 6.

e Ως τ̃ πατρὶ, &c.] Sensus est, hoc judicium eo valere, ut pater filios occidat. Paulo vehementius *Big.* & *Voss.* Parenti liberos interficere jucundum est, etiam judicii pompam adhibet. Sed & ἐπὶ hoc significatu insolens est, & præterea nihil horum dixisset juvenis τ̃ τ̃ πατρὸς ἁμαρτήματα αἰδήμονος ὑποστέλας. Melius itaque *Rufinus* culpam omnem in Antipatrum conferre voluit, quamvis Josephi mentem nec ille videatur assecutus. Nisi exciderit aliquid, crediderim ita legi oportere, ὡς τ̃ῷ πατρὶ κτείναν αὐτὺς ἔσιν. εἰ δὲ μ̃ προλίθ τὸ ἔγκλημα. ut sit Aposiopesis, quam ad hunc modum licet explicare: Potest nos pater occidere, neque mori recusamus: quod si accuset etiam parricidii, morte gravior est tanti sceleris suspicio. *Vide Antt.* l. 16. c. 4. ALDR. Quod Patri liceret eos occidere, etiamsi crimen illud non prætexeret, ut ita addatur particula μὴ. εἰ δὴ μὴ π. τ. ἔγκ. *Voss.* προσ̃ίθ quod mallem. SPANH.

f Εσιν, εἰ δὴ] Ἔσιν, εἰ δὴ κ̀ προσ̃ίθ *Voss.* ἔσιν ἤδη, κ̀ προσ. *Big.* atque ita forsan *Ruf.* nisi quod κ̀ post ἔγκλημα legat, in hunc modum vertens, *postremo proloquutus quod eos libenter occideret, crimen illi objecit.* Nisi exciderit aliquid (inquit *Aldrichius*) crediderim ita legi oportere, ὡς τ̃ῷ πατρὶ κτείναν αὐτὺς ἔσιν. εἰ δὴ κ̀ προσ̃ίθ τὸ ἔγκλημα, ut sit Aposiopesis, quam ad hunc modum licet explicare: *Potest nos pater occidere, neque mori recusamus; quod si accuset etiam parricidii, morte gravior est tanti sceleris suspicio.* Vide *Antt.* l. 16. c. 4. §. 3. HUDS. Crediderim ita esse legendum, ὡς (quod hic adverbium temporis esse potest, & significare *postquam, quandoquidem*) τ̃ῷ πατρὶ κτείναν αὐτὺς ἔσιν ἤδη, μὴ κ̀ προσ̃ίθ τὸ ἔγκλημα. ut ita dicat, liberum sese patri necis suæ relinquere arbitrium, si id ita dulce ipsi sit, modo crimen aliquod, ut causam mortis, non adjiciat. Id præter *Big.* suadere quoque videtur *Lugd. Bat.* in quo legitur ἔσιν ἤδη προσ̃ίθ. Puto autem descriptores alterum ex ἤδη vel μὴ κ̀ putavisse variam esse lectionem, atque ita illud μὴ κ̀ omisisse, vel in δὴ κ̀, sicut etiam in εἰ δὴ illud ἤδη commutasse. HAV.

g Κατηγορημένα,] *Lugd. Bat.* Κατηγορέμενα.

h Αφηκέναι] *Lugd. Bat.* Αφιέναι.

i Δὲ Αντίπατρος,] Γὰρ *Voss.*

k Εἰς Ελεῦσαν,] Vide *Antiqu.* l. 16. c. 4. §. 6. De Ελεύσα insula post Corycum Strabo lib. 14. p. 671. A. *Not. Oxon.* vid. ἀρχ. lib. 16. c. 4. §. 6. SPANH. De qua Strabo *lib.* 14. *p.* 671. *A.* Εἶτ' ἡ Ελεύσα ὄρος μετὰ Κώρυκον, προσκειμένη τ̃ Ηπείρῳ, ἣν συνώκισεν Αρχέλαος κ̀ κατεσκεύασατο βασίλειον, λαβὼν τὴν Τραχωνίτιν Κιλικίαν ἀλλ' οὐκ ὀλίγην Σελευκείας. ALDR.

l Μεῖζόν τι] *Gen.* Μεῖζον τε.

m Αμειβόμενος,] Ita lego cum *Cod. Voss.* antea erat ἀμειβόμεθα. τυσδὲ τὺς τρεῖς π.

n Τὸ γενὴν.] *Gen.* Τό γε μὲν.

„ ſtor, ſed & ordinum ductores in exercitu meo, ut
„ in me ſolo ſpem habeant in præſentia. Non enim
„ regnum, ſed regni honorem filiis *meis* trado: &
„ quidem jucundis, quaſi in imperio eſſent, per-
„ fruentur; rerum vero onus, tametſi nolim, meum
„ erit. Conſideret autem quiſque *veſtrum* ætatem
„ meam, vitæque inſtitutum, necnon etiam pieta-
„ tem. nam neque ſenex adeo ſum ut de mea vita
„ deſperari debeat; neque voluptatibus aſſuetus,
„ quæ & juvenum poplites ſuccidunt: quin &
„ Deum ita coluimus, ut vita quam longiſſima frui
„ non dubitemus. Quotus vero quiſque filios meos
„ obſervabit vitæ meæ exitum exſpectans, ſciat is ſe
„ propterea mihi pœnas daturum eſſe. Ego enim
„ nequaquam, ac ſi inviderem ex me genitis, impe-
„ dio, quo minus alii eos honore proſequantur; ſed
„ quòd norim, ejuſmodi ſtudia in adoleſcentibus
„ ferociam alere. Itaque ſi cogitare velint qui ad
„ eos ſe conferunt, quod, quicunque bene ſe geſſe-
„ rit, gratiam à me relatam habebit, diſſidia vero
„ ferenti nihil profuturam eſſe malitiam, etiam
„ apud eos quibus lenocinatur, omnes profecto
„ meis, hoc eſt filiorum meorum rebus, ſtudebunt.
„ Nam & ipſis expedit me regnare, meque cum illis
„ concordare. Vos autem, ô boni filii, vobiſcum
„ cogitantes ſacra naturæ vincula, quibus etiam fera
„ invicem conciliantur & amore continentur; dein-
„ de Cæſarem, qui gratiæ redintegrandæ auctor
„ erat; tertio meipſum, qui rogare malo cum poſſim
„ jubere; manete fratres. Jam inde autem vobis do
„ veſtem & cultum regium: Deumque obſecro ut
„ meum tueatur conſervetque judicium, ſi con-
Varia populi de Herodis verbis opiniones. Antt. l. 16. c. 4. §. 6.
„ cordes eritis. " Iſta loquutus unumquemque fi-
liorum peramanter complexus eſt, & populum di-
miſit; alios quidem precantes ut dictis reſpondeat
eventus, alios vero, qui mutationis cupidi erant,
ne audiiſſe quidem ſe quicquam ſimulantes.

„ τὺς ἐν τῇ ϛρατιᾷ μυ ταξιάρχυς, ἐν ἐμοὶ μόνῳ
„ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ὅπῃ ϑ παρόντ⟨ς. Οὐ γ᾽ βα-
„ σιλείαν, ἀλλὰ τιμὴν ° βασιλείας τοῖς υἱοῖς ϖ̃ρο-
„ δίδωμι. χ᾽ τ̃ μὲν ἡδέων ὡς ἄρχονλες ἀπολαύσυσι,
„ τὸ βάρ⟨ δὲ τ̃ ϖραγμάτων ἐμόν ὅϛι, κἂν μὴ
„ θέλῳ. σκεπϊέϑω δὲ ἕκαϛ⟨ τὴν τε P ἡλικίαν
„ μυ χ᾽ τ̃ ἀγωγὴν ϑ βίυ, χ᾽ τ̃ εὐσέβειαν. ὅτε γ᾽
„ ὅτως εἰμὶ γέρων, ὥϛ᾽ ἂν ἀπελπισθῆναι ταχέως,
„ ὅτε εἰς τρυφὴν ἐκδιαιϖ̃ώμυ⟨, ἢ χ᾽ νέυς q ὑπο-
„ τέμεται. τό, τε ϑεῖον ὅτω τεθεραπεύκαμυ, ὥς
„ τε ἂν ὅπῃ μήκιϛον r βίυ ϖροελθεῖν. ὁ δὲ τὺς
„ ἐμὺς ϖαῖδας ϑεραπεύων s ἐπὶ τῇ ἐμῇ καλαλύσ⟨,
„ δώσ⟨ μοι χ᾽ ϖρὸς ἐκείνων δίκας. ὃ γ᾽ ἐγὼ, t φθο-
„ νῶν τοῖς ἐξ ἐμῦ γεγεννημένοις, ἀναχόπλω τ̃ εἰς
„ αὐτὺς φιλοϊμίαν· ὑπϱ⟨άμεν⟨ δὲ τοῖς νέοις γί-
„ νε⟨ τὰς ϖυδὰς ϑράσυς ἐφύδιον. εἴ γε μὴν
„ ἕκαϛ⟨ σιθυμηθείη τ̃ ϖροσιόντων, ὅτι χρηϛὸς
„ μὲν ὢν ϖας᾽ ἐμῦ λήψεται τ̃ ἀμοιβήν, ϖασιάζων
„ δὲ χ᾽ u ϖρὸς τῷ ϑεραπευομένῳ τὸ κακόηθες ἀνό-
„ νηλον ἕξ⟨, x ϖάντας οἶμαι τὰ ἐμὰ φρονήσειν, τυτ-
„ έϛι τὰ τ̃ ἐμῶν υἱῶν. χ᾽ γ᾽ τύτοις συμφέρ⟨ κρα-
„ τεῖν ἐμὲ, y κἀμὲ τύτοις ὁμονοεῖν. ὑμεῖς δὲ, ὦ
„ ϖαῖδες ἀγαθοὶ, z ϖρῶτον ἐνθυμέμενοι τ̃ ἱερὰν φύ-
„ σιν, ἧς χ᾽ ϖρὸς ϑηρίοις αἱ ϛοργαὶ μένυσιν, ἔπειτα
„ τ̃ ϖοιησάμενον ἡμῶν τὰς διαλλαγὰς Καίσαρα,
„ τρίτον ἐμὲ τ̃ ἐν οἷς ἔξϵϛιν ὀπιλάσειν ϖρὸς κα-
„ λῶνλα, μένατε ἀδελφοί. δίδωμι δὲ ὑμῖν ἐλπϊά τε
„ ἤδη χ᾽ ϑεραπείαν βασιλικὴν· ἐπεύχομαι δὲ χ᾽ τῷ
„ Θεῷ τηρῆσαι τ̃ ἐμὴν κρίσιν, ἂν ὁμονοῆτε". ταῦτα
„ εἰπὼν, χ᾽ φιλοφρόνως ἕκαϛον καλασπασάμεν⟨ τ̃
„ υἱῶν, διέλυσε τὸ πλῆθ⟨, τὺς μὲν, συνευχομένυς
„ τοῖς εἰρημένοις, ὅσοι δὲ ἐπεθύμυν μεϛαβολῆς, μηδὲ
„ ἀκηκοέναι ϖροσποιυμένυς.

CAP. XXIV.

Antipatri & Doridis malitia. Propter Glaphyram inviſus Alexander. Pheroræ merito ſuſpecto, Salomæ etiam convictæ, data venia. Torquentur Herodis Eunuchi, & Alexander in vincula conjicitur.

Gliſcit diſſidium in Herodis domo. Antt. l. 16. c. 7. §. 2.

FRatribus autem comes adhæſit diſſenſio; & pejora ſuſpicantes, alius de alio digreſſi ſunt. Alexander quidem & Ariſtobulus, ægre ferentes confirmatum eſſe Antipatro primogenituræ honorem, Antipater vero fratribus ſuccenſens quod ei proximi eſſent. Verum is quidem moribus varius & ſecreta novit reticere; & cum verſutus admodum eſſet, ſuum in eos odium diſſimulabat: illis vero, ex ſua nobilitate, familiare erat loqui quod ſentirent. Et multi quidem ſatagebant eos irritare, pluresque ex amicis *Antipatri* ad res explorandas ſeſe in familiaritatem eorum inſinuabant. Itaque ne verbum quidem ab Alexandro emiſſum erat, quin ſtatim apud Antipatrum eſſet, & ab Antipatro ad Herodem quibuſdam ei adſutis deferretur. Neque, ſi *recte & ſimpliciter* aliquid diceret ut adoleſcens, culpa im-

Ἀνλιπάτρυ χ᾽ Δωρίδ⟨ κακηργία. Γλαφύρας ἕνεκα ἀπεχθῶς ϕ̓έρει⟩ Ἀλέξανδρ⟨. Φερώρα ὑπονοηθέντι χ᾽ Σαλώμῃ διελεγχθείσῃ δίδο⟩ συγγνώμη. Ἡρώδυ εὐνοῦχοι βασανίζον⟩, χ᾽ δεδημυύ⟨ ἄγε⟩ Ἀλέξανδρ⟨.

Συναπῇρε δ᾽ τοῖς ἀδελφοῖς ἡ ϛάσις, χ᾽ χείρυς τὰς ἐπ᾽ ἀλλήλοις ὑπονοίας ἔχονλες ἀπηλλάγησαν. Ἀλέξανδρ⟨ μὲν χ᾽ Ἀριϛόβυλ⟨ ἀδυνωμένοι κεκυρωμένον Ἀνλιπάτρῳ a τὸ ϖρεσβεῖον, Ἀνλιπάτρ⟨ δ᾽ χ᾽ ϑ διϐλερεύειν νεμεσῶν τοῖς ἀδελφοῖς. ἀλλ᾽ ὁ μὲν, ϖοικιλώτα⟩ ὢν τὸ ἦθ⟨, ἐκεμυθεῖν τε ἤδη, χ᾽ ϖολλῷ τῷ ϖανύργῳ χρώμυ⟨, τὸ ϖρὸς αὐτὺς ϵ̓κάλυπλε b μῖσ⟨· τοῖς δ᾽, δι᾽ εὐγένειαν ϖᾶν τὸ νοηθὲν ἦν ὅπῃ γλώϖϖης. χ᾽ ϖαροξύνονλες μὲν ϵ̓κείνυλο ϖολλοὶ, ϖλείυς δ᾽ τ̃ φίλων c ϖαρεδύνονλο καλάσκοποι. ϖᾶν δ᾽ τὸ ϖαρ᾽ Ἀλεξάνδρῳ λαληθὲν εὐθέως ἦν ϖαρ᾽ Ἀνλιπάτρῳ, χ᾽ μ̃ ϖροδήκης μελέλαινεν ὑπὸ Ἀνλιπάτρυ ϖρὸς Ἡρώδ⟨υ. ὅτε δ᾽ ἁπλῶς ϕθεγξάμεν⟨ ὁ νεανίας ἀνυπεύθυν⟨ ἦν, ἀλλ᾽ εἰς διαϐολὴν τὸ ῥηθὲν ἐϛρέφε-

το,

o Βασιλείας] Βασιλέως *Voſſ.* HUDS. Βασιλέως *Voſſ.* SPANH.
p Ηλικίαν μυ] Illud μυ e *Cod. Big.* & *Voſſ.* HUDS. Ηλικίαν μυ *Big.* Ox. SPANH.
q Υποτέμνεται.] *Lugd. Bat.* Επιτέμνεται.
r Βίυ] *Lugd. Bat.* Βίον.
s Επὶ τῇ ἐμῇ καλαλύσει,] Επὶ τῇ μυ καϑαφρονήσει legiſſe videtur *Ruf.* qui vertit, *in contemptum meum.*
t Φθονῶν] Ita reſcripſi ex quibuſdam *MS.* φθόνῳ in *Editis Aliiſque.* HUDS. Φθονῶν *Big. Voſſ.* SPANH.
u Παρὰ τῷ ϑεραπευομένῳ] Παρὰ τῷ ϑεραπευομένῃ *MS. Lipſ.* SPANH. Ita quoque *Lugd. Bat.* Editi Παρὰ τ̃ ϑεραπευομένων. HAV.
x Πάντας] *Lugd. Bat.* Πάντως.
y Κἀμὲ τύτοις] Forſan κἀμοὶ τύτυς, *mihique hos eſſe concordes.* ALDR. Κἀμοὶ τύτυς. *Oxon.* ſeu *Aldrich.* SPANH.
z Πρῶτον] *Lugd. Bat.* Πρῶτον μὲν.
a Τὸ ϖρεσβεῖον,] Primogenitura honorum *Oxon.* SPANH.
b Μῖσος.] Μίσος *Gen.* SPANH.
c Παρεδύνονλο] *Al.* ϖαρεδύοντο.

d Εχοι]

το, ϗ μείρακας παῤῥησιασαμένη μέγιστα τοῖς ἐλαχίστοις προσεπλάττετο. καθιεὶς γὰρ Ἀντίπατρος ἀεὶ τοὺς ἐρευνῶντας, ὅπως αὐτὸ τὸ ψεῦδος [d] ἔχοι τὰς ἀφορμὰς ἀληθείας· καὶ τῶν φημιζομένων, ἴσόν τι διελεγχθὲν ἅπασι πίστιν ἐπιθήσει. ϗ τῷ αὐτῷ μὲν φίλων ἢ φύσει [e] στεγανώτατος ἦν ἕκαστος, ἢ κολακείᾳ δωρεαῖς, ὡς μηδὲν ἐκφέρειν τῶν ἀπῤῥήτων. ϗ τὸ Αντιπάτρου βίου, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν κακίας μυστήριον. τοὺς γὰρ Αλεξάνδρῳ συνόντας χρήμασι διαφθείρων, ἢ κολακείαις ὑπιών, αἷς πάντα καλλιεργάσατο, ἐπεποίκει προδότας, ϗ τῶν πραττομένων ἢ λαλουμένων φῶρας. πάντα δὲ μεμιγμένους δραματουργῶν, τὰς πρὸς Ηρῴδην [f] ὁδοὺς ταῖς διαβολαῖς ἐποιεῖτο [g] τεχνικώτατας· αὐτὸς μὲν ἀδελφῶν προσωπεῖον ὑποκείμενος, καθεὶς δὲ μισθωτὰς ἑτέρους. κἀπειδάν [h] ἀπαγγελθείη τι τῷ Αλεξάνδρῳ, [i] παρελθὼν ὑπεκρίνετο, ϗ διασύρειν τὸ ῥηθὲν ἐξάμενος, ἔπειτα [k] καλεσκεύαζεν ἡσυχῇ, ϗ πρὸς ἀγανάκλησιν ἐξῆγε τὸν βασιλέα. πάντα δ' εἰς ὑποβολὴν [l] ἀνήγετο, ϗ [m] τὸ δοκεῖν τῇ σφαγῇ τοῦ πατρὸς ἐφεδρεύειν Αλέξανδρον. οὐδὲν γὰρ [n] οὕτω πίστιν ἐχορήγει ταῖς διαβολαῖς, ὡς ἀπολογούμενος Ἀντίπατρος ὑπὲρ αὐτοῦ.

β'. Τούτοις Ηρῴδης ἐξαγριούμενος, ὅσον [o] ἐφῆρει καθ' ἡμέραν τὸ πρὸς τὰ μειράκια σφοδρόν, τοσοῦτον Αντιπάτρῳ προσετίθει. συναπέκλινον δὴ ϗ τῶν τῷ βασίλειον, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ ἐξ ὑποτάγματος, ὥσπερ Πτολεμαῖος ὁ τιμιώτατος τῶν φίλων, οἵ τε ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως, ϗ πᾶσα ἡ γενεά. πάντα γὰρ Αντίπατρος ἦν. ϗ, τὸ παρόξυτατον Αλεξάνδρῳ, πάντα ἦν ἡ Αντιπάτρου μήτηρ, σύμβουλος καθ' αὑτῷ, μητρυιᾶς χαλεπωτέρα, ϗ πλεῖόν τι προγόνων μισοῦσα τοὺς ἐκ βασιλίδος. πάντες μὲν οὖν ὑπὸ ταῖς ἐλπίσιν ἐθεράπευον Αντίπατρον ἤδη, συναφίστα δὲ ἕκαστον τὰ βασιλέως προστάγματα, παραγγείλαντος τοῖς τιμιωτάτοις, μήτε προσιέναι, μήτε προσέχειν [p] τοῖς περὶ Αλέξανδρον. φοβερὸς δὲ ἦν ὁ μόνον τοῖς ἐκ τῆς βασιλείας, ἀλλὰ ϗ τοῖς ἔξωθεν φίλοις. οὐδενὶ γὰρ βασιλέων τοσαύτῃ [q] Καῖσαρ ἔδοκε τιμὴν, ὥστε τὸν ἀπ' αὐτοῦ φεύγοντα ϗ μὴ προσηκούσης πόλεως ἐξαγαγεῖν. τὰ δὲ μειράκια τὰς μὲν διαβολὰς ἠγνόει [r] παρ' ὃ ϗ μᾶλλον ἀφυλάκτως ἐπέπιπτον αὐταῖς. οὐδενὶ γὰρ ὁ πατὴρ φανερῶς ἀπεπέμφετο. συνίει δὲ κατὰ μικρὸν ἐκ τοῦ [s] ψύγματος, [t] ϗ ὅτι πρὸς τὸ λυπεῖν μᾶλλον ἐτραχύνετο. διέθηκε δὲ πρὸς αὐτὰ ϗ τὸν θεῖον Φερώραν Αντίπατρος [v] ἐχθρωδῶς, ϗ τὴν [x] τηθίδα Σαλώμην, ὡς ἂν γαμετὴν οὖσαν, καθομιλῶν ἀεὶ ϗ παροξύνων. συνήργει δὲ ϗ πρὸς τὴν ταύτης ἀπέχθειαν ἡ Αλεξάνδρου γυνὴ Γλαφύρα, γενεαλογοῦσα τὴν αὐτῆς εὐγένειαν, ϗ ὡς πασῶν τὸ τοῦ βασίλειον εἴη δεσπότις, [z] τὸν πατέρα μὲν ἀπὸ

munis erat, ſed quicquid diceretur ei crimini vertebatur; & ſicubi paulo liberior eſſet, maxima minimis *improbe* affingebantur. Semper autem qui eum provocarent ſubmittebat Antipater, ut mendacia ſua non de nihilo orta viderentur; multiſque *falſo* divulgatis, unum quid de quo compertum erat fidem omnibus faceret. Et hujus quidem amicorum quiſque aut natura ita comparatus erat ut res taceret, aut de eo ita cautum erat muneribus, ut nihil arcani enunciaret: nec erraret aliquis, ſi Antipatri vitam ſceleris myſterium appellaret. Alexandri enim familiares pecunia corrumpens, aut blanditiis ſubiens, quibus omnia expugnare conſuevit, proditores fecerat, fureſque eorum quæ gereretur dicerenturve. Cum autem * ſolerter omnia hiſtrionis more ageret, calumniis uſus via aſtutiſſima Herodem aggreſſus eſt: ipſe quidem fratris perſonam ſuſtinens, aliis vero ſubornatis qui indices fierent. Cumque aliquid *regi* nunciatum eſſet in Alexandrum, † caſu intervenire ſimulabat; atque initio ei quod dictum erat obtrectans, poſtea ‡ per otium fidem ei adſtruebat, & regem ad indignationem incitabat. Cuncta autem ad inſidias referebantur, utque neci patris imminere videretur Alexander. nihil enim majorem fidem calumniis tribuebat, quam ut Antipater eum purgaret.

2. Iſtis efferatus Herodes, quantum indies ſuo in adoleſcentes affectu detrahebat, tantum adjiciebat Antipatro. Quin & eò inclinabant aulici, alii quidem ſponte ſua, alii vero juſſu & imperio, ſicut Ptolemæus amicorum cariſſimus, regiſque fratres, & univerſa progenies. * omnia namque erat Antipater, &, quod Alexandro fuit acerbiſſimum, omnia erat Antipatri mater, quæ in eos conſulebat, *mulier* noverca difficilior, multoque plus quam privignos odio habens eos qui à regina nati erant. Sed quanquam omnes ut Antipatrum jam magis obſervarent ſpes inducebat, non minus tamen ſinguli *à fratribus* deſciſcebant juſſu regis, qui clariſſimis edixerat, ne quis † ad Alexandrum ejuſque fratrem accederet, aut ſe ad eos applicaret. Terrori autem erat non ſolum domeſticis ad regiam ſpectantibus, verumetiam externis amicis. nulli enim regum *præterquam ipſi* tantum imperium dederat Cæſar, ut fugitivos ſuos ex civitatibus non ſubjectis ei liceret educere. Adoleſcentes autem quæ crimini ſibi data erant ignorabant: proptereaque incaute magis in ea *forſan* inciderent. nam pater de nemine aperte conqueſtus erat: ſed *adoleſcentes*, ex illius frigore *rem* intellexerant, quodque ad omnem moleſtiam magis exaſperabatur. Porro & Pheroram patruum inimicum illis infeſtumque reddidit *Antipater*, ut & Salomen amitam, cum ea tanquam cum uxore aſſidue ſermones miſcens & in eos inſtigans. Quin & ad hujus inimicitias *augendas* conferebat Alexandri uxor Glaphyra, multa de nobilitate ſua commemorans, cunctarumque ſe quæ in regia verſarentur dominam eſſe *dictitans*, ut quæ paternum qui-

Herodes & aulici ad Antipatrum inclinant. Antt. l. 16. c. 7. §. 2.

Glaphyræ vana jactatio & ſuperbia mulieres reddit Alexandro infenſas. Antt. l. 16. c. 7. §. 2.

d Εχοι] Εχῃ *Roſt.*

e Στεγανώτατος.] Στεγανὸν, τὸν (utrum τὸ) δυνάμενον στέγειν τοὺς λόγους, καὶ μὴ ἐξαγγέλλειν. *Heſychius.* SPANH.

f Οδοὺς] Abeſt a *Roſt.*

g Τεχνικωτάτας.] Forſan τεχνικωτάτους, quo modo legiſſe videtur Ruf. qui vertit, *cum autem caute omnia committeret, abſuſis criminationibus aditus ad Herodem moliebatur.*

h Απαγγελθείη] Ληχθείη in *MSS.* HUDS. Ληχθείη *MSS. Oxon.* & *MS. Lipſ.* SPANH.

i Παρελθὼν] Προελθὼν *Big.* HUDS. Προελθὼν *Big.* Et in Not. *Oxon.* SPANH. Παρελθὼν ὑπεκρίνετο. i. e. *caſu intervenire ſimulabat*, cum adeſſet ex condicto, præmiſſis delatoribus. ALDR.

k Καλεσκεύαζεν ἡσυχῇ,] Καλεσκεύαζετο & mox πᾶν pro πάντα in uno *MSS.*

l Ανήγετο,] *Roſt.* Ανήχετο.

m Τὸ δοκεῖν] *Roſt.* Τῇ βουλῇ.

n Οὕτω πίστιν] *Roſt.* Πιστὸν.

o Υφῆρει] Ηφίει *Bod.* SPANH.

p Τοῖς περὶ Αλέξανδρον.] i. e. *Alexandro*, Periphraſi uſitatiſſima Sed non opus eſt ad ſolum *Alexandrum* referre, verum etiam ad ejus familiares. SPANH.

q Καῖσαρ] Abeſt a *Roſt.*

r Παρ' ὃ κ.] Ita in *MSS.* παρὰ *Baſ.* & *Gen.* HUDS. Παρ' ὃ κ. *MSS. Ox.* SPANH.

s Ψύγματος,] *Roſt.* Φύγματος.

t Καὶ ὅτι] Ita lego cum *Caſaubono* ad *Sueton.* in *Auguſto.* Verum in *Editis* & *MSS.* κ πρὸς τὸ λ. & *Ruſinus* vertit, *adverſus dolorem aſperius excitabantur.*

v Εχθρωδῶς,] *Roſt.* Εχθρῶς.

x Τηθίδα] *Lugd. Bat.* Τηθίδιν.

y Τῶν καλῶν] *Roſt.* Τὸ καλὸν.

* Quaſi in theatro fratris perſonam circumferens, *Hegeſipp.*

† Cum adeſſet ex condicto præmiſſis delatoribus. ALDRICHIUS.

‡ *Vel*, ſecreto, tacite.

* Ita *Oxon.* SPANH.

† Ita vertere placuit, licet non ignoro, τοῖς περὶ Αλέξανδρον periphraſin eſſe uſitatiſſimam pro τῷ Αλεξάνδρῳ.

z Καλὸν πατέρα] Hujus Glaphyræ pater Archelaus, quem Antonius, ejecto Ariarathe, Cappadociæ regem conſtituit, nulla

quidem genus à Temeno, maternum vero à Dario Hystaspis filio duceret. Multa etiam de ignobilitate exprobrat & Herodis sorori, & uxoribus; quarum quæque propter formæ venustatem, non generis nobilitatem delecta erat. Multæ autem fuerunt, utpote quòd liceret Judæis patrio more plures habere, quodque rex pluribus delectaretur. Istis omnibus propter Glaphyræ superbiam & contumelias invisus erat Alexander.

Inimicitiæ inter Aristobulum & Salomen ortæ. Antt. l. 16. c. 7. §. 3.

3. Porro autem Aristobulus inter se & Salomen, ipsius licet socrum, dissidium creavit, antea etiam ex Glaphyræ maledictis ira accensam. frequenter enim uxori objiciebat generis humilitatem; quodque ipse quidem privatam, frater vero ejus Alexander reginam duxerat: id quod Salome *matri* cum fletu nunciavit filia. Adjiciebat etiam, quod idem Alexander & Aristobulus minitarentur, se, regno adepto, aliorum fratrum matres, similiter ac ancillas, textrices esse facturas, fratres vero scribas paganos; eos *scilicet* irridentes, quod diligenter literis instituti fuerint. Quibus irritata Salome, cum iram cohibere non potuisset, cuncta Herodi renunciavit. fide autem digna admodum videbatur, præsertim in iis quæ contra generum diceret. Quin & altera in vulgus unà dimanavit criminatio, quæ faces subjecit animo regis. audivit enim, ipsos crebro matrem inclamare, & ejulantes diras ei imprecari: sæpe etiam, cum ille quædam ex Mariamnes vestimentis nuperioribus divideret conjugibus, minari solitos esse, quod cito ciliciis pro vestibus regiis induerentur.

Querelæ contra Mariamnes filios ad Herodem defert Salome. Antt. l. 16. c. 7. §. 3.

Herodes, Romam iturus filios ad concordiam hortatur.

4. Propter ista *Herodes* elatum licet juvenum animum subvereretur, non tamen spem sibi *omnem* abscidit, de illis ad bonam frugem reducendis. Verum eis ad se vocatis, etenim Romam navigaturus erat, pauca quidem illis minatus est ut rex, multa vero eos monuit ut pater, atque ad fratres diligendos hortabatur, illis delicta præterita condonans, ea lege ut in posterum meliores evaderent. Illi autem sese quidem à criminibus sibi objectis purgabant, ea mentita & falsa esse dicentes, suæ vero defensioni fidem ex rebus ipsis constare ajebant. atque ipsum sane debere viam obsepire fictis sermonibus, illis haud temere credendo: nunquam enim defuturos esse qui mendacia in ipsos confingent, quamdiu erunt quibus ea persuadeant.

Mariamnes filii de se solliciti. Salomen & Pheroram sibi infensos habent Mariamnes filii. Antt. l. 16. c. 7. §. 3.

5. Cum istis eum, utpote patrem, cito placavissent, præsentem quidem metum depulerunt, de futuris vero mœsti & soliciti esse cœperunt. Etenim cognovere Salomen sibi esse infensam, & quidem patruum Pheroram: ambo autem erant *inimici*

[a] Τημάν,] Ista, ut videtur, vera est lectio. Τημυῦ in *Editis.* Τημίνης aut Τιμαὶς in *MSS.* Huds. Τηρῶν *Big. Bod.* Τιμαὶς *Voss.* Τημένη vera lectio *Ox.* Τημένης *MS. Lipsi.* Spanh.

[b] Δι] *Lugd. Bat.* Μὴ ἔτ.

[c] Ως ἂν—πλείοσιν] Apparet id ex *Deut.* XVII. 16, 17. & XXI. 15. 2 *Sam.* XII. 8. Sic legem intelligunt *Hebræi*, & *Chrysostomus* ad 1 *Cor.* XI. *Augustinus* de *Doctr. Chr.* l. III. c. 12. & *Josephus*, patriarum legum peritissimus, in *Antt.* l. 17. c. 1. §. 2. *Grotius.* Confirmat universa *Testamenti Veteris* historia. Nam quod in ea semper factum, & in nullo unquam homine reprehensum legitur, quis illud vetitum putet? Satis habemus si quod hic πάτριον appellatur, id Judæis fuerit in more positum, nec *Mosaica lege* interdictum. Aldr. Judæis licitum plures uxores ducere. Vide de Herode ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 2. & 3. de novem Herodis uxoribus & septem ex iis filiis vide infra c. 28. §. 4. quæ fuere 1. Antipatri Mater. 2. Pontificis Filia, è qua Herodes. 3. Pheroræ Filia. 4. Consobrina. 5. Samaritis Μαρθάκη Archelai Mater *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 1. seu Μαλθάκη inf. c. 28. §. 4 & lib. 2. c. 3. §. 1. è qua insuper Antipas, Archelaus, & Olympias. 6. Cleopatra, è qua Herodes & Philippus. 7. Pallas è qua Phasaelus. 8. Phædra. 9. Elpide. Eadem 7onaras de uxoribus Herodis Annal. p. 259. C. Spanh.

[d] Εφιεμάν] *Rost.* Αφιεμίνη.

[e] Τῆς Γλαφύρας καὶ τὰς λοιδορίας,] Τὸ Γλαφύρας καὶ τ. λ. *Lugd. Bat.* ut *Rost.* Τῆς Γλαφ. τ᾽ λοιδορίας.

[f] Διεστασίασεν,] *Lugd. Bat.* Διέστησεν.

[g] Οἱ περὶ Αλιξανδρον,] Id est ipse Alexander. Ælianus in lib. V. H. & alii. Hav.

[h] Κωμῶν γραμματεῖς.] Κωμογραμματεῖς una voce ἀρχ. l. 16. c. 17. §. 3. Spanh.

[i] Επισκώπτοντες,] Vox ἐπισκώπτοντες deest *Bod.* & *Rost.*

[k] Πρὸς ἃ τὴν] *Rost.* Πρὸς ἅ.

[l] Γαμωῦρᾶ] *Rost.* Γαμωρίᾳ.

[m] Διαδιδόντος] *Rost.* Διδόντος.

[n] Τινὰ] Τινὰς *Voss.* 1.

[o] Ἐκ τριχῶν πεποιημένας.] Ἐκ τριχῶν i. e. ciliciis, ut ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 3. Ita etiam in Not. *Oxon.* Spanh. *Rufinus* vertit, *pro regalibus deliciis nigris vestibus induerentur.* Videtur vero scriptum fuisse, *pro regalibus vestibus ciliciis nigris uterentur.* Scriptores sacri *saccos* vocant. Rel. Ἐκ τριχῶν πεποιημένας. i. e. *Ciliciis*, uti recte Interpres *Antt.* XVI. 11. quomodo & hic *Rufinum*, non *deliciis* scripsisse verisimile est. Alia editio *pro regalibus deliciis factis vestibus* legit, quasi *de liciis* aliquando scriptum esset; sed *Rufinum* vix credo tam improprie loqui voluisse. Aldr.

[p] Πεισώσειν] Ita *Lugd. Bat.* Πεισάσειν *Alii.*

[q] Επιλείψειν] Επιλείψει *MS.* Spanh.

[r] Τούτοις] Abest a *Rost.*

[s] Εχθραν,] Οὖσαν ἐχθραν *Bod.* Huds. Οὖσαν ἐχθρὰν & *Rost.*

[a] Τημάν, χτ᾽ μητέρα ἢ ἀπὸ Δαρείου τ᾽ Υστάσπεως ὖσα. πολλὰ ἢ ὠνείδιζεν, εἰς δυσγένειαν, τ᾽ τε ἀδελφὴν τ᾽ Ηρώδου, καὶ τὰς γυναῖκας, ὡς ἑκάστη δι᾽ εὐμορφίαν, οὐκ ἀπὸ γένους ἠρέθη. πολλαὶ [b] δὲ ἦσαν, [c] ὡς ἂν [d] ἐφιεμάν τε πατρίως Ιουδαίοις γαμεῖν πλείους, καὶ τ᾽ βασιλέως ἡδομένου πλείοσιν. αἱ πᾶσαι, διὰ τὸ μεγάλαυχον [e] τ᾽ Γλαφύρας καὶ τὰς λοιδορίας, ἐμίσουν Αλέξανδρον.

γ. Τὴν ἢ Σαλώμην, καί τοι πενθερὰν οὖσαν, αὐτὸς Αριστόβουλος ἑαυτῷ [f] διεστασίασεν, ὀργισμένην, καὶ πρότερον ὀπὶ ταῖς ἐκ Γλαφύρας βλασφημίαις. ὠνείδιζε γὰρ τῇ γυναικὶ συνεχῶς τ᾽ ταπεινότητα, καὶ ὡς αὐτὸς μὲ ἰδιώτην, ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Αλέξανδρος γήμας βασιλίδα. τοῦτο κλαίουσα τῇ Σαλώμῃ διήγγειλεν ἡ θυγάτηρ. προσετίθει δὲ ὅτι καὶ τ᾽ ἄλλων ἀδελφῶν τὰς μὲ μητέρας ἀπειλοῖεν [g] οἱ περὶ Αλέξανδρον, ἐπειδὰν παλαιώσωσι τ᾽ βασιλείαν, ἐργάτις ἅμα ταῖς δούλαις ποιήσειν, αὐτὰς δὲ [h] κωμῶν γραμματεῖς. [i] ὑπισκώπτοντες, ὡς παιδευομένους ὑπομελῶς. [k] πρὸς ἃ τ᾽ ὀργὴν ἡ καλέχουσα Σαλώμη πάντα διήγγειλεν Ηρώδῃ. σφόδρα δ᾽ ἦν ἀξιόπιστος χτ᾽ [l] γαμβρῷ λέγουσα. καί τις ἑτέρα διαβολὴ συνέδραμεν, ἣ τ᾽ θυμὸν ὑπεκκαύσασα τοῦ βασιλέως. ἦκουσε γὰρ αὐτὰς συνεχῶς ἀνακαλεῖσθαι μὲ τ᾽ μητέρα, καὶ καλαμώζειν δὲ ἐπαρωμένους αὐτῷ. πολλάκις δὲ, αὐτῷ [m] διαδιδόντος τ᾽ Μαριάμμης ἐσθῆτων [n] τινὰ ταῖς μεταγενεστέραις γυναιξὶν, ἀπειλεῖν, ὡς ἀντὶ τ᾽ βασιλικῶν ἐν τάχει φοροῦσιν ἑαυταῖς [o] ἐκ τριχῶν πεποιημένας.

δ. Διὰ ταῦτα καί τοι τὸ φρόνημα τ᾽ νεανίσκων ὑποδείσας, ὅμως οὐκ ἀπέκοπτε τ᾽ ἐλπίδα τ᾽ διορθώσεως. ἀλλὰ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, καὶ γὰρ εἰς Ρώμην ἐκπλεύσειν ἔμελλε, βραχέα μὲν ἐπείλησεν ὡς βασιλεὺς, τὰ πολλὰ ἢ ἐπέτρεπεν ὡς πατὴρ, καὶ φιλεῖν τοὺς ἀδελφοὺς παρεκάλει, διδοὺς τ᾽ προημαρτημένων ἄφεσιν, εἰ πρὸς τὸ μέλλον ἀμείνους γένοιντο. οἱ ἢ τὰς μὲ διαβολὰς ἀπεσκευάζοντο, ψευδεῖς εἶναι λέγοντες, [p] πιστώσεσθαι ἢ τ᾽ ἀπολογίαν τοῖς ἔργοις ἔφασκον. δεῖν μέν τοι κἀκεῖνον ἀπράτους τὰς λογοποιίας, τῷ μὴ πιστεύειν ῥᾳδίως. εὖ γὰρ [q] ὑπολείψειν τοὺς καταψευσομένους αὐτοῦ, ἕως ἂν ὁ πειθόμενος ᾖ.

ε. [r] Τούτοις ὡς πατέρα πείσαντες ταχέως, τ᾽ μὲν ἐν χερσὶ φόβον διεκρούσαντο, τ᾽ δὲ εἰς τὰ μέλλοντα λύπην προσελάβον· ἔγνωσαν γὰρ τήν τε Σαλώμην [s] ἐχθρὰν, καὶ τ᾽ θεῖον Φερώραν. ἦσαν ἢ βαρεῖς μὲν ἀμφότεροι καὶ χαλεποὶ,

λεποὶ, Φερώρας ὁ μείζων, [t] ὃς πάσης μὲν ἐκοινώνει τ βασιλείας πλὴν διαδήματος, [v] προσόδῳ δὲ ἰδίας ἑκατὸν εἶχε τάλαντα, τ δὲ πέραν Ιορδάνου πᾶσαν ἐκαρπεῖτο χώραν, λαβὼν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ δῶρον. ὃς αὐτὸν ἐποίησε καὶ τετράρχην, αἰτησάμενος παρὰ Καίσαρος, βασιλικῶν τε γάμων ἠξίωσε συνοικήσας ἀδελφὴν τ ἰδίας γυναικὸς, μνᾶς δὲ τ ἐκείνης τελευτὴν, [y] καθαρσίωσε τ πρεσβυτάτῳ τ αὐτοῦ παίδων, ὃς ἦν προικὶ τριακοσίοις ταλάντοις. ἀλλ' ἀπέδρα Φερώρας [z] τ βασιλικὸν γάμον πρὸς ἔρωτα δούλης. ἐφ' ᾧ χαλεπήνας Ηρώδης, τ μὲ θυγατέρα τοῦ πρὸς Πάρθων ὕστερον ἀναιρεθέντι συνέζευξεν [a] ἀδελφιδῷ. Φερώρᾳ δὲ μετ' ὀλὺ τ ὀργὴν ἀνέντι, διδοὺς συγγνώμην τῇ νόσῳ.

ς'. Διεβάλλετο δὲ καὶ πάλαι μὲ, ἔτι ζώσης τ βασιλίδος, ἐπιβουλεύειν αὐτῷ Φαρμάκοις. [b] τότε δὲ πλεῖστοι μηνυταὶ προσῆσαν, ὡς καίπερ φιλαδελφότατον [c] ὄντα Ηρώδην, εἰς πίστιν ὑπαχθῆναι τ λεγομένων καὶ δέος. πολλοὺς δὲ τ ἐν ὑποψίᾳ βασανίσας, τελευταῖον ἦλθεν ἐπὶ τοὺς Φερώρα φίλους. ὧν ἐπιβουλὴν μὲν ἄντικρυς ὡμολόγησεν οὐδείς, ὅτι δὲ τ ἐρωμένην ἁρπασάμενος εἰς Πάρθους ἀποδρᾶναι παρεσκευάζετο, συμμέτοχος δὲ ἦν σκέμματος αὐτῷ καὶ τ Φυγῆς [d] Κοστόβαρος ὁ Σαλώμης ἀνὴρ, ᾧ συνῴκισεν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς [e] ἐπὶ μοιχείᾳ ἦ πρόλεγε διαφθαρέντι. ἦν δὲ ἐλευθέρα διαβολῆς, οὐδὲ Σαλώμη. καὶ γὰρ αὐτῆς Φερώρας ὁ ἀδελφὸς καλήγορει, [f] συνθήκας περὶ γάμου ποιουμένης πρὸς Συλλαῖον, τ [g] Οβόδα ἦ Αράβων βασιλέως ἐπίτροπον, ὃς ἦν ἐχθρὸς ἅπασι Ηρώδῃ. [h] διελεγχθεῖσα δὲ καὶ τοῦτο, καὶ πάντα ὅσα Φερώρας ἐνεκάλει, συγγινώσκει. καὶ αὐτὸν δὲ Φερώραν ὁ βασιλεὺς ἀπέλυσε τ ἐγκλημάτων.

ζ'. Μέλλοντι δὲ ἐπ' Αλέξανδρον ὁ χειμὼν τ οἰκίας, καὶ περὶ τ ἐκείνου κεφαλὴν ὅλῳ [i] ἀπηρείσατο. τρεῖς ἦσαν εὐνοῦχοι τῷ βασιλεῖ τιμιώτατοι, καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἐλειτούργουν, τῷ μὲ γὰρ οἰνοχοεῖν προσετέτακτο, τῷ δὲ δεῖπνον προσφέρειν, ὁ δὲ αὐτὸν καλεκοίμιζέ τε καὶ συγκαλεκλίνετο. τούτους εἰς τὰ παιδικὰ δώροις μεγάλοις [k] ὑπήγετο ὁ Αλέξανδρος. μηνυθὲν δὲ τῷ βασιλεῖ, διελέγχοντο βασάνοις, καὶ τ μὲ συνουσίαν εὐθέως ὡμολόγουν. ἐξέφερον δὲ καὶ τὰς εἰς αὐτὴν [l] ὑποχέσεις, ὃν τρόπον ἀπαλλοτριωθεῖεν ὑπ' Αλεξάνδρου, λέγοντος. „ ὡς οὐκ ἐν Ηρώδῃ δέοι τὰς ἐλπίδας „ ἔχειν, [m] ἀναιδεῖ γέροντι, καὶ βαπτομένῳ τὰς κόμας, εἰ μὴ ἀφ' τοῦτο αὐτὸν οἴονται καὶ νέον, „ αὐτῷ δὲ προσέχειν, ὃς καὶ πάλαι ἄχοντος [n] διαδέξῃ τ βασιλείαν, οὐκ εἰς μακρὰν τε τοὺς μὲν „ ἐχθροὺς ἀμυνεῖται, τοὺς φίλους δ' εὐδαίμονας ποιήσει καὶ μακαρίους, πρὸ πάντων δ' αὐτούς. εἶναι δὲ „ καὶ θεραπείαν τ δυνατὴν περὶ τ Αλέξανδρον „ λαθραίαν, τούς τε ἡγεμόνας καὶ στρατιωτικοῦ καὶ τοὺς „ ταξιάρχους κρύφα πρὸς αὐτὸν συνέναι.

gravès & difficiles; præsertim vero Pheroras, quippe qui omnium in regno præter diadema particeps erat, & centum talentorum reditum de suo habebat, totiusque trans Jordanem regionis fructum percipiebat, ex fratris in ipsum munificentia: qui & tetrarcham eum fecit, id quod à Cæsare petierat, regalique conjugio dignatus est, nuptui in eum collocata uxoris suæ sorore, cujus post obitum desponsit ei filiarum suarum natu maximam, cum trecentorum talentorum dote. Sed regale matrimonium Pheroras, ancillæ amore captus, refugiebat. Quam ob rem iratus Herodes, filiam nuptum dedit fratris filio, qui postea à Parthis occisus erat. Non multo autem post iracundiam in Pheroram remittit, data morbo ejus & *cupiditati* venia. *Vide Antt. l. 16. c. 7. §. 3.*

6. Quin & crimini ei jam olim vertebatur, quod, dum viveret regina, voluisset eum veneno tollere. Tunc autem indices plurimi rem ad eum detulerunt, ut, quamvis fratris amantissimus esset Herodes, crederet iis quæ dicerentur, & *nonnihil* metueret. Cumque de multis, qui suspecti erant, quæstionem habuisset, postremo ad Pheroræ amicos veniebat: quorum nemo de insidiis aperte aliquid confessus est; sed quod, ea quam deperiit correpta, in Parthos se fuga recipere paravisset; quodque hujus consilii & fugæ conscius fuisset Costobarus Salomes maritus, cui eam in matrimonio collocavit rex, priore marito adulterii causa peremto. Sed nec Salome ita *vixerat*, *ut* ab omni criminatione libera *esset*. Nam & eam Pheroras frater accusabat, quod nuptias pacta esset cum Syllæo, Obodæ regis Arabum procuratore, quem inimicissimum habebat Herodes. Cum autem ea de re, aliisque omnibus quæ Pheroras ei objecerat, convicta esset, ei *tamen* ignoscitur: itaque ipsum etiam Pheroram de criminibus absolvit rex. *Pheroras & Salome ab Herode suspecti.* *Vide Antt. l. 16. c. 7. §. 6.* *Cum quibus tamen Herodes in gratiam rediit.*

7. Domus vero tempestas in Alexandrum delata est, totaque capiti ejus incubuit. Tres erant spadones regi carissimi, * idque clarum ex ministeriis. Nam uni quidem mandatum erat vinum ei ministrare, alteri vero cœnam apponere, tertius autem eum sopiebat & cum eo concumbebat. Istos magnis muneribus, amasios sibi fieri, pellexit Alexander. Cum autem regi indicatum esset, quæstione habita rei facti sunt: & se cum eo consuetudinem habere statim confitebantur, & quibus ad eam rem inducti essent promissis aperiebant, quo modo decepti erant ab Alexandro, dicente, „ quod in Herode „ spem reponere non oporteret, sene *admodum*, cui „ rubor erat exhaustus, quique capillos tingebat, „ nisi hac de causa ipsum etiam pro juvene habe- „ rent; ejus vero partes sequi, qui & illo invito „ regnum adepturus est, & brevi quidem ab ini- „ micis pœnas repetet, amicos vero felices faciet „ beatosque, ac præ cæteris ipsos: quin & optimates clam Alexandrum colere & observare, „ ducesque exercitus & ordinum ductores occulte eum convenire. *Nova turba in domo Herodis. Antt. l. 16. c. 8. §. 1.* *Eunuchorum de Alexandro confessio. Ant. l. 16. c. 8. §. 1.*

8. Ista

[t] Ος πάσης—διαδήματος,] Idem de Pherora ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 3. SPANH.

[v] Προσόδῳ ἦ ἰδίας] Προσόδους (προσόδῳ ἦ ἰδίᾳ in *Rost.*) in plerisque *MS.* Confer de Bello l. 1. c. 17. §. 7.

[x] Καὶ τετράρχην,] Pherora Tetrarcha à Cæsare declaratus. ἀρχ. lib. 15. c. 10. §. 3. Idem Zonaras p. 242. C. SPANH.

[y] Καθαρσίωσι] Nempe juxta illud Schol. Aristoph. Pluto p. 71. καθαρσιῶδη, τοῖς καθηκεν νόμοις ἀπηρτῶδη. SPANH.

[z] Τον βασιλικον] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 3. SPANH.

[a] Αδελφιδῷ.] Herodis filia nuptum data fratris filio, Josephi nempe fratris filio & inde emendo ἀρχ. lib. 18. c. 6. §. 4. Pro ἀδελφοῦ fortè ἀδελφιδοῦς nempe Josephus, hujus Josephi & Salomes filius. SPANH.

[b] Τοτε δὲ] Τῷδὲ πλ. *Bod.*

[c] Ὄντα] Abest a *Rost.*

[d] Κοστόβαρος] Imò Castobarus *Ox.* SPANH. Ita quoque in *Rost.* Καστόβαρος.

[e] Επὶ μοιχείᾳ ἦ πρότερον ἀμφθαρέντι.] Potius legendum ἐπὶ μοιχείας ὑποψίᾳ, quod suspectus esset adulterii, ut constat ex l. 15. c. 4. §. 9. HUDS. Nempe Josephus Herodis patruus. SPANH.

[f] Συνθήκας περὶ γάμου] *Rost.* Συνθήκης γάμου.

[g] Οβόδα] Ita cum *Rufino* ipsoque *Josepho* in *Antt.* l. 16. c. 7. §. 6. Οβάδας hîc loci in *Græcis* omnibus. HUDS. Οβόδα *Rufin. Ox.* Sic Οβόδας ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 6. Hic vero melius Οβάδας. SPANH.

[h] Διελεγχθεῖσα] Διελεγχθεῖσαι. *Bod. Voss. Ox.* SPANH.

[i] Απηρείσατο.] Επηρείσατο *Bod.* HUDS. Επηρείσατο. *Bod. Oxon.* SPANH.

[k] Υπήγετο] Υπηγάγετο in *MS.* HUDS. Υπηγάγετο *MS. Oxon.* SPANH.

[l] Υποχέσεις,] *Rost.* Υποθέσεις.

[m] Αναιδεῖ γέροντι,] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 8. §. 1. SPANH.

[n] Διαδέξεται] Διαδέξεται in *MSS.* HUDS. *Lugd. Bat.* quoque & *Rost.* Nec scio cur repudiarit *Hudsonus*, præferens vulgatum δέξεται. HAV. Διαδέξεται *MSS. Oxon.* SPANH.

* Idque clarum ex eorum ministeriis *Ox.* SPANH. *Vel*, ex muneribus quæ obibant. in *Rufini* versione, *& ex genere famulatus neminem id latebat.*

MOrbus autem ei ingravescebat, quod invalitudinem urgeret senectus pariter ac mœror. jam enim annos fere LXX. natus erat, & ex calamitatibus quas ei intulerant liberi adeo animo erat dejectus, ut nec cum bene valeret quicquam jucunditatis admitteret. Ægritudinem autem acriorem faciebat, quòd Antipater viveret; quem non obiter & aliud agens, sed cum *ipse* convaluisset, occidere decreverat. *Herodi morbus ingravescit.* Ibid.

2. At dum in istis versaretur calamitatibus, oritur populi quidam tumultus. In civitate erant duo * sophistæ, qui accurate leges patrias scire videbantur, & per totam gentem in maxima erant apud omnes gloria, Judas filius Sepphoræi, & alter Margali Matthias. Ad istos, dum leges exponerent, adolescentium non pauci se conferebant, & quotidie puberum exercitum colligebant. Qui, cum regem audiissent mœrore ac morbo tabescere, ad discipulos verba faciebant, quòd jam tempus opportunum esset ut Deus vindicaretur, fabricataque adversus leges patrias opera detraherentur. quippe nefas esse, in templo haberi aut imagines, aut vultus, opusve quodcunque animantium alicui cognomen. Fecerat enim rex & supra magnam templi portam *collocaverat* aquilam auream. eamque ut exscinderent suadebant sophistæ, pulchrum esse dicentes, aliquid licet inde periculi instaret, *etiam* pro lege patria mori. Eos enim qui ita diem supremum obeunt, & animæ immortalitatem, & æternam bonorum fruitionem manere: minus autem generosos, rudesque in illorum sapientia, animamque amare nescientes, per morbum quam per virtutem emori malle. *Judas & Matthias, ex aquila aurea occasione arrepta, seditionem movent.* *Antt.* l. 17. c. 6. §. 2.

3. Dum hos illi sermones sererent, rumor erat regem in ipso decessu esse, adeo ut juvenes ad rem aggrediendam facti essent audaciores. Itaque meridie, dum multi in templo versarentur, cum semet crassis funibus è tecto demisissent, auream illam *Aquila aurea à juvenibus excisa.* *Ant.* l. 17. c. 6. §. 3.

i Προήκμ.] *Rost.* Προσήκμ.

k Ἑτῶν ἑβδομήκοντα,] Videsis *Torniellum* in *Annalibus* 8. ad *Annum M.* 3982. n. 1. & A. 4051. n. 34.

l Ἐν παρέργῳ,] Illud ὢν delet *Rost.*

m Ῥαίσας] Ῥαίσας ἀρχ. lib. 14. c. 11. §. 7. Contra φαυσίφια φάρμακα Apoll. Rh. lib. 3. v. 789. de noxiis venenis & φαυσίφρων νοῦν idem lib. 4. v. 921. SPANH.

n Αὐτῷ] Ita *Bod.* in *caeteris* αὐτοῦ. *Rufinus* vertit, *ad has ei calamitates accidit*, &c.

o Σοφισταὶ] Leges Σοφισταὶ exponunt juvenibus, uti hic docemur. In Antiq. lib. 17. ubi eandem Historiam narrat *Josephus* hos appellat ἐξηγητὰς νόμων, quomodo jurisperiti dicuntur a Romanis, qui & νομικοὶ appellari solent. Fuerunt ergo & hi Σοφισταὶ Legis Doctores, & iidem qui Νομικοὶ *Luc.* XI. 45. vocantur. REL.

p Σεπφωραίου,] Σεμφωραίου *Bod.* Σιμφωραίου *Gall.* Σαμφωραίου *Ruf.* Σαμφαίου in *Antt.* l. 17. c. 6. §. 2. HUDS. Σαμφαίου ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 2. Σαμφωραίου *Bod. Ox.* SPANH.

q Μαργάλου.] Γαργάλου *Gall.* Μαργαλώθου in *Antt.* ibid. HUDS. Pro Μαργάλου ἀρχ. lib 17. c. 6. §. 2. Μαργαλώθου. SPANH.

r Τοὺς νόμους,] Τοὺς νόμους *Bod.* & *Rost.* ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 2. Τῶν πατρ. ἐξηγηταὶ νόμων. SPANH.

s Ὑπεκρεοντα] Ὑπορρέοντα *Voss.* HUDS. SPANH.

t Ὡς ἄρα] Ὡς ἄρτι *Bod.* HUDS. SPANH.

v Ἔργα] *Rost.* ἄθεα.

x Ἀθέμιτον γὰρ εἶναι,] Præceptum *Decalogi* secundum non vetat μηδενὸς εἰκόνα ζῴου μὴ ποιεῖν, sed μὴ ποιησάμενος προσκυνεῖν: & communis *Hebræorum* sententia imagines etiam humanas tolerabat; modo abesset suspicio & periculum cultus extranei. *Pharisaica*, quæ erat severior, disciplina, ad cautelam abundantem, animati cujuscunque imaginem fieri vetuit; sed permisit res inanimatas & animalium monstra depingi; totumque picturæ genus, quam *Grotteschi* Itali appellant, apud *Judæos* omnes in usu & pretio semper erat. Vide *Antt.* hib. 3. c. 5. §. 5. collat. cum *Levit.* XXVI. 1. *Hebr. Antt.* l. 15. c. 2. §. 6. & l. 19. c. 8. §. 2. *Philonem* περὶ γιγ. p. 196. *Is. Vossium* ad *Catullum* p. 195—201. Sed memineris unà consulere *Plin.* XXXVII. 2. *Antt.* 24. c. 3. & *Belli* I. c. 7. ALDR. De cultu imaginum, aut simulacris apud Judæos prohibitis ἀρχ. lib. 3. c. 4. §. 5. μηδενὸς εἰκόνα ζῴου ποιήσασθαι προσκυνῆν. Unde juxta Hebræos imagines quædam toleratæ, modò abesset earum cultus vid. *Lev.* XXVI. 1. Philon. περὶ γιγ. p. 196. & ἀρχ. lib. 15. c. 8. §. 2. & c. 9. §. 5. Nefas enim Judæis imagines more Græcorum colere; non imagines erigere: at animantium effigies consecrare vetitum Judæis. Prohibet autem lex imagium elevationes, vel animalium propositiones constituere, vid. de animalium effigie ad cultum prohibita ἀρχ. lib. 3. c. 4. §. 5. & lib. 18. c. 4. §. 1. ubi signa cum effigie Tiberii Hierosolymæ introducta à Pilato præter Judæorum legem. Conf. lib. 18. ἀρχ. cap. 6. §. 3. & infr. lib. 2. c. 9. §. 2. vid. Philon. περὶ πρεσβ. p. 217. SPANH.

y Καθεσκευάκει τ ναὸν,] Ita in *Lugd. Bat.* & *Hudf.* at *Gen.* καὶ τ. τ. omnia delet *Rost.* HAV.

z Ἢ ζῴου τινὸς ἐπώνυμον ἔργον εἶναι.] Non licebat esse ζῴου ἔργον, ideo Salomon boves fabricando sub mari æneo a *Josepho* condemnatur REL.

a Γένοιτο] *Rost.* Γένηται.

b Τελευτῶσιν] Pro *decedentibus* alii MS. *decidentibus. Ox.* SPANH.

c Ἀθάνατόν] An ergo alias non ἀθάνατος? REL.

d Αὐτοὺς ἀπὸ τ τέγους τ χρ.] Ad hunc modum distinctum in *Rufini* codice, αὐτοὺς, ἀπὸ τ τέγους τ χρ. nam vertit, *demisse funibus, aquilam ex tecto*, &c. HUDS. Alii τὸ, sed τ *Ed. Basil.* & *Bod. Voss. Ox.* SPANH.

* Id est, *Rabbini*.

illam aquilam ſecuribus exſcindunt. ſtatim *quod factum eſt* prætori regis nunciabatur, atque ille multa cum manu eò accurrebat, & captos circiter quadraginta juvenes ad regem adducebat. Cumque ille primum eos interrogaret, an aquilam auream exſcindere auſi fuiſſent; *feciſſe* confitebantur. deinde cujus juſſu; legis patriæ, reſponderunt. Cum vero ab iis quæſiviſſet, quid ita gaudio exſultarent mox interficiendi; dicebant, quòd poſt mortem bonis pluribus fruituri eſſent.

De illis facta inquiſitio. Antt. l. 17. c. 6. §. 3.

4. Iſtis rex commotus, iracundiæ vehementiâ morbum ſuperat, adeoque in concionem procedit, atque multum in eos quaſi ſacrilegos invectus, quódque legis prætextu majus quiddam aggrederentur, æquum cenſebat & ſupplicio eos addicere ut impios. Populus autem veritus, ne multi ex indiciis convicti eſſent, rogabat, ut cum primum quidem facinoris ſuaſores, ac deinde in eo deprehenſos pœnæ ſubjeciſſet, iram in cæteros miſſam faceret. Vix perſuadetur rex, & qui funibus ſe demiſerant una cum ſophiſtis vivos cremavit, reliquos vero qui comprehenſi ſunt miniſtris interficiendos tradidit.

In eos animadvertitur. l. 17. c. 6. §. 4.

5. Poſt hæc morbi vis, per univerſum ejus corpus diffuſa, variis doloribus *id* diſtrahebat. nam febris quidem erat, non *tamen* vehemens, pruritus vero per totam corporis ſuperficiem intolerabilis, coli quoque dolores continui, & circa pedes tumores quaſi aqua intercute laborantis, atque inflatio abdominis, & in pudendis putredo vermes generans. Ad hæc, non potuit niſi cum erectus eſſet reſpirare, & tum reſpirandi difficultate laborabat, & membrorum omnium convulſione cruciabatur, adeo ut harioli morbos *iſtos* pœnam eſſe dicerent ob cædem ſophiſtarum irrogatam. Ille vero, quamvis tot cruciatibus conflictaretur, vivendi tamen deſiderio tenebatur, & ſalutis ſpem retinebat, ac de curationibus cogitabat. Itaque trajecto Jordane, aquis calidis, quæ juxta Callirhoën ſunt, uſus eſt. Hæ influunt quidem in Aſphaltiten lacum, adeo tamen ſunt dulces, ut etiam potui commodæ ſint. Ibi cum medicis viſum eſſet, ut totum corpus, demiſſum in dolium olei plenum, foveretur, * oculi enervantur, eoſque morientis ad inſtar reciprocavit. Cum autem in tumultu eſſent miniſtri, clamore excitatus ad ſe quidem rediit: ſalutis autem ſpe in poſterum abjecta, & quinquaginta drachmas militibus viritim, & ingentem pecuniam ducibus atque amicis diſtribui juſſit.

Herodi morbus magis adhuc ingraveſcit. Antt. l. 17. c. 6. §. 5.

Morbi deſcriptio. Antt. l. 17. c. 6. §. 5.

πελέκεσιν. ἐγγέλθη ὴ εὐθέως τῷ βασιλέως στρατηγῷ, καλεῖν, μὴ χειρὸς ἐκ ὀλίγης ἀναδραμοῦν, [c] σὺν τεσσαράκοντα νεανίας συλλαμβάνῃ, ἡ καλήγαγε πρὸς τ βασιλέα πυνθανομένῳ δὲ αὐτῷ πρῶτον εἰ τολμήσειαν τ χρυσῆν [f] ἀετὸν ἐκκόπτειν, ὡμολόγουν. ἔπειτα, τίνος κελεύσαντος, ἀπεκρίναντο ἐξ πατρίου νόμου. τί δὲ ἔτω γεγήθασι, διερωτήσαντος, ἀναιρεῖσθαι μέλλοντες, ἔλεγον, ὅτι πλείονων ἀγαθῶν ἀπολαύσουσι μετ τ τελευτήν.

δ'. Ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς, δι' ὑπερβολὴν ὀργῆς χρείτων τ νόσου γενόμενος, προέρχεται εἰς ἐκκλησίαν, ἡ πολλὰ τ ἀνδρῶν καθηγορήσας ὡς ἱεροσύλων, ἡ προφάσει ἐξ νόμου πειράζοντων τι μεῖζον, κολάζειν ἠξίου ὡς ἀσεβεῖς· ὁ δὲ δῆμος, δείσας μὴ σὺν πολλῶν ὁ ἔλεγχος ἔλθῃ, παρεκάλει πρῶτον μὲν τοὺς ὑποθεμένους τ πρᾶξιν, ἔπειτα τοὺς σὺν αὐτῇ συλληφθέντας κολάσαντα, τοῖς λοιποῖς τ ὀργὴν ἀφεῖναι. πείθεται μόγις ὁ βασιλεὺς, ἡ τοὺς μὲν καθιμήσαντας ἑαυτοὺς ἅμα τοῖς σοφισταῖς κατέκαυσε ζῶντας, τοὺς λοιποὺς δὲ τ συλληφθέντων παρέδωκε τοῖς ὑπηρέταις ἀνελεῖν.

ε'. [g] Ἐνθεν αὐτῷ τὸ σῶμα πᾶν ἡ νόσος διαλαβοῦσα, ποικίλοις πάθεσι [h] διεμερίζετο. πυρετὸς μὲν γὰρ [i] ἦν ὐ λάβρος, κνησμὸς δ' ἀφόρητος τ ὄψιν φανείας ἄλης, ἡ [k] κῶλα συνεχεῖς ἀλγηδόνες, πρός τε τοὺς πόδας [l] ὥσπερ ὑδρωπιῶντι οἰδήματα, τῆ τε [m] ἤτρῳ φλεγμονὴ, [n] ἡ δι' αἰδοίου σηπεδὼν [o] σκώληκας γεννῶσα. πρὸς τούτοις, [p] ὀρθόπνοια, ἡ δύσπνοια, [q] ἡ σπασμὸς ἁπάντων τῶν μελῶν, ὥστε τοὺς ὀπιθιάζοντας ποινὴν εἶναι [r] τῶν σοφιστῶν τὰ νοσήματα λέγειν. ὁ δὲ, παλαιῶν τοσούτοις πάθεσιν, ὅμως ζῆν ἀνθείχετο, σωτηρίαν τε ἤλπιζε, ἡ θεραπείας ἐπενόει. πρὸς μὲν τ Ἰορδάνῃ, τοῖς κατ' [s] Καλλιρόῃ θερμοῖς [t] ἐκέχρητο. ταῦτα δὲ ἔξεισι μὲν εἰς τ [v] Ἀσφαλτῖτιν λίμνην, ὑπὸ γλυκύτητος δ' ἔστι ἡ πότιμα. δόξαν δ' ἐναῦτα τοῖς ἰατροῖς ἐλαίῳ θερμῷ πᾶν ἀναβάλλειν τὸ σῶμα, χαλασθὲν εἰς ἐλαίου πλήρη τύελον, [x] ἐκλυθὲν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς, [y] ἡ ὡς τεθνεὼς ἀνέστρεψε. θορύβου δὲ τ [z] θεραπόντων γενομένου, πρὸς μὲν τ Φωνὴν ἀνήνεγκεν· εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἀπογνὺς τ σωτηρίαν, τοῖς τε στρατιώταις ἀνὰ δραχμὰς πεντήκοντα [b] ἐκέλευσε διανεῖμαι, ἡ πολλὰ χρήματα τοῖς ἡγεμόσι ἡ τοῖς φίλοις.

ς'. Αὐ-

ε Περὶ τεσσαράκοντα νεανίας] Cumque his una Judam & Matthiam facinoris hujus autores. *Antt.* lib. 17. c. 6. §. 3.

f Αετὸν ἐκκόπτειν,] Vocem αὐτὸν inſertam dedi ex *Ruſini* verſione.

g Ἔνθεν——ἀλγηδόνες,] Citantur hæc & ſequentia ab Euſeb. H. Eccl. lib. 1. c. 8. ſcil. tanquam è lib. 2. Hiſt. Bell. J. Vide eadem de Herodis morbo ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

h Διεμερίζετο.] Ἐμαίριζε *Euſeb.* ἐμερίζετο *Niceph. Calliſt.*

i Ἦν ὐ λάβρος,] Οὐ λάβρος deſunt *Cod. Bod.* & *Roſt.* ἦν λάβρος legiſſe videntur *Hegeſipp.* & *Ruf.* quorum ille quidem vertit, *febris vehemens*; hic vero, *febris non mediocris.* πυρετὸς γὰρ ἦν αὐτῷ καμίνου ἐναργέστερον in *Athanaſii* ſermonibus in *Matth.* editis per *D. Bern. de Montfaucon* in *Nova Collectione Patrum & Scriptorum Gr.* Vol. 2. p. 26. ὐ λάβρος habet, *Niceph.* atque hoc convenit cum ipſo *Joſepho* in *Antt.* l. 17. c. 6. §. 4. ubi dicit πῦρ γὰρ μαλακὸν ἦν &c. & cum *Euſebio*, ubi hic locus citatur in hunc modum, πυρετὸς ἦν χλιαρὸς, &c.

k Κῶλα] Κῶλα *Big.* & *Euſeb.* loco dicto SPANH.

l Ὥσπερ ὑδρωπιῶντι] Ὡς ὑδρ. *Euſeb.* & *Niceph.* HUDS.

m Ἤτρῳ] Ita in *MSS.* & apud *Euſeb. Niceph.* & *Athanaſ.* qui habet etiam φλεγμονη ὑπέρογκον. ἤτρίῳ φλεγμονὴ perperam in *Editt. Baſ.* & *Gen.* HUDS. Ἤτρου ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. & *Bod. Ruf. Ox.* ἤτρῳ etiam *Euſeb.* SPANH.

n Καὶ δι' αἰδοίου] Καὶ αἰδοίου σηπ. *Euſeb.* & *Niceph.* καὶ δι' αἰδοίου in uno *MS.* HUDS. *MS.* cujus meminit *Hudſonus*, *Voſſianus* erit, ſeu *Lugd. Bat.* ibi enim clare ita exſtat. HAV.

o Σκώληκας] Ita cum *MS. Euſeb. Niceph. Athanaſ.* & *Ruf.* σκώληκα in *Editis.* HUDS. Σκώληκας *MS. Ox.* & ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

p Ὀρθόπνοια] Superſcrib. in *Lugd. Bat.* Κακόπνοια.

q Καὶ σπασμὸς] Σπασμοὶ in aliquibus *MS.* quo modo & *Athanaſ.* & *Niceph.* HUDS. Καὶ σπασμοὶ *MS. Lipſ.* SPANH.

r Τῶν σοφιστῶν] Illa τῶν σοφιστῶν non agnoſcunt *Euſeb.* & *Niceph.* HUDS.

s Καλλιρόῃ] Καλλιρόῃ (prout apud *Ptolemæum*, & *Nicephorum*) *Voſſ. Bod.* & *Busb.* HUDS. Proſpicit (inquit *Plinius* N. H. V. 16.) Aſphaltiten ab oriente Arabia Nomadum, à meridie Machærûs, ſecunda quondam arx Judææ ab Hieroſolymis. Eodem latere eſt calidus fons, medicæ ſalubritatis Callirhoë, aquarum gloriam ipſo nomine præferens. Quem locum non intelligens *Solinus*, Callirhoën fontem Hieroſolymis proximum ſtatuit. ALDR. Καλλιρόῃ *Euſeb.* Καλλιρόῃ *Voſſ.* & ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

t Ἐκέχρητο.] Ἐχρῆτο *Euſeb.* & *Niceph.* HUDS. Ἐχρῆτο *Euſeb.* SPANH.

v Ἀσφαλτῖτιν λίμνην,] Λίμνην ἀσφαλτοφόρον ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. item lib. 1. c. 1. §.... & lib. 8. c. 1. §. 2. & lib. 9. c. 10. §. 1. SPANH.

x Ἐκλυθὲν——ὀφθαλμοὺς,] Λύει καὶ τοὺς in *uno MS.* (in *Bod.* forſan, certe in *Roſt. Lugd. Bat.* habet ἀκλύει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς, &c.) ἐκλύει τοὺς in *altero* & in *Euſeb.* ἐκλύει καὶ τοὺς *Niceph.* HUDS.

y Καὶ ὡς τεθνεὼς ἀνέστρεψε.] Ὡς ὴ τεθνεὼς *Niceph.* HUDS.

z Θεραπόντων γενομένου,] Ita lego auctoritate *Euſebii* & *Nicephori*, necnon ipſius *Joſephi*, qui in *Antt.* lib. 17. c. 6. §. 5. dicit, τ εἰκῆ ὠμωγῇ χρωμένων περιστάσει, &c. in *Editis* & *MS.* Θεραπευόντων. Nec aliter forſan *Ruf.* qui vertit, *perturbatis qui eum curabant.*

a Φωνὴν ἀνήνεγκεν.] Κραυγὴν *Euſeb.*

b Ἐκέλευσε διανεῖμαι,] Ita in pleriſque *MS.* & apud *Euſeb.* & *Niceph.* ἐκέλευσε in *Editis.*

* *Al.* Unde reſoluti ſunt oculi, quos tanquam moriens torquebat.

ς Πρω-

ς'. Αὐτὸς δὲ [c] ὑποστρέφων [d] ὡς εἰς Ιεριχοῦντα ὠδηγήθη, [e] μελαγχολῶν ἤδη, καὶ [f] μονονουχὶ αὐτῷ τι τῷ θανάτῳ ἀπειλῶν, [g] προέκοπτεν εἰς [h] ὄπιθολὴν ἀθεμίτου πράξεως. τοὺς γὰρ [i] ἀφ' ἑκάστης κώμης ἐπισήμους ἄνδρας ἐξ ὅλης Ιουδαίας συναγαγὼν εἰς τὸ καλούμενον Ιππόδρομον ἐκέλευσε συγκλεῖσαι. προσκαλεσάμενος δὲ Σαλώμην τὴν ἀδελφὴν, καὶ τὸν ἄνδρα ταύτης [k] Αλεξᾶν, „ [l] οἶδα, ἔφη, Ιουδαίους τὸ [m] μὲν ἐμὸν ἑορτάσοντας „ θάνατον, δύναμαι δὲ πενθεῖσθαι δι' ἑτέρων, καὶ λαμ„ πρὸν ἐπιτάφιον σχεῖν, ἂν ὑμεῖς θελήσητε ταῖς ἐμαῖς „ ἐντολαῖς ὑπουργῆσαι. [n] τοὺσδε τοὺς φρουρουμένους ἄνδρας, „ ἐπειδὰν ἐκπνεύσω, τάχιστα κτείνατε φειδησάμενοι τῶν „ πραϊόντας, ἵνα [o] πᾶσα Ιουδαία, καὶ πᾶς οἶκος, „ ἄκων ἐπ' ἐμοὶ δακρύσῃ.

ζ'. Ταῦτα ἐνετέλλετο, καὶ ὠδὲ τὸν ἐν Ρώμῃ πρέσβεων ἦκον ὄπισθεν, δι' ὧν Αχμὴν μὲν ἀνηρημένην κελεύσαντος Καίσαρος ἐδηλοῦτο, θανάτῳ δὲ Αντίπατρος καταχρίτως ἔγραφον γεμὴν ὡς εἰ καὶ φυγαδεύειν αὐτὸν ἐβουλήσειεν ὁ πατήρ, [p] ἐπιτρέποι Καίσαρ. ὁ δὲ βραχὺ μὲν πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἀνήνεγκεν, αὖθις δὲ, καὶ γὰρ ἐνδεὴς τροφῆς καὶ βηχὶ σπασμώδει διεπείνετο, [q] τῶν ἀλγηδόνων [r] ἡττηθεὶς, φθάσαι τὴν εἱμαρμένην [s] ἐπεβάλλετο. λαβὼν [t] δὲ μῆλον, ᾔτησε καὶ μαχαίριον· εἰώθει γὰρ ἀπολέμενον ἐσθίειν ἔπειτα περιαθρήσας μή τις ὁ κωλύων εἴη, ἐπῆρε τὴν δεξιὰν, ὡς πλήξων ἑαυτόν· προσδραμὼν δὲ, [x] ἐκώλυσεν [y] Αχίαβος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, τὴν χεῖρα κατασχών. οἰμωγὴ δ' εὐθὺς ἤρθη μεγίστη κατὰ τὸ βασίλειον ὡς οἰχομένου γε βασιλέως· καὶ ταχέως ἀκούσας Αντίπατρος, [z] ἀναθάρρει τε, καὶ γεγηθὼς τοὺς φύλακας ἱκέτευεν, ὅπως χρήματα αὐτῷ ἐξαφιέναι λύσαντας αὐτόν. ὁ δὲ ἡγεμὼν οὐ μόνον [a] ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖ δραμὼν ἀπήγγειλε τὴν ὄπιθεν βουλήν. ἀνέκραγεν οὖν ἐκεῖνος ἰσχυρότερον τῆς νόσου, καὶ ὠδὲ χρῆμα πέμψας τοὺς δορυφόρους, ἀπέκτεινε τὸν Αντίπατρον. θάψαι δὲ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ προστάξας ἐν [b] Υρκανίῳ, πάλιν τὰς διαθήκας ἐπανορθοῦται, καὶ διάδοχον μὲν [c] Αρχέλαον, τὸν πρεσβύτατον υἱὸν, [d] ἀδελφὸν Αντίπα, γραφῇ, τετράρχην δὲ Αντίπαν.

η'. Μετὰ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ παιδὸς ὀκτωκαὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ [e] τελευτᾷ, βασιλεύσας ἀφ' οὗ μὲν ἀπέκτεινας Αντίγονον ἐκράτησε τῶν πραγμάτων [f] ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα

6. Cum autem *inde* revertens ad Hierichuntem perveniret, jam atra bile correptus, & ipsi quodammodo morti aliquid minitans, progressus est ad facinus teterrimum perpetrandum. Nam illustres totius Judææ viros, ex singulis vicis collectos, in locum qui Hippodromus vocabatur, concludi jussit. Tum accersita sorore Salome, viroque ejus Alexandro, „ Novi, in„ quit, Judæos morte quidem mea festos dies „ acturos; * aliorum vero causa lugeri possum „ & funus splendidum consequi, dummodo „ meis mandatis obsequi velitis. Hos autem vi„ ros in custodia habitos, simulatque animam „ exhalavero, militibus circumdatos omnes inter„ ficite, quò & universa Judæa & singulæ domus „ vel invitæ mea morte illachrymentur. *Herodes in Judæos crudelitate maudita fecit. Antt.* l. 17. c. 6. §. 5.

7. Ista mandabat, & *tum* à legatis qui Romæ erant veniebant literæ, quibus significabatur, Acmen jussu Cæsaris interfectam esse, & Antipatrum morte damnatum. Quin & si pater eum in exsilium dare mallet, id quoque permisisse Cæsarem; scriptum erat. Atqui ille paululum quidem ad *vitæ* cupiditatem rediit. Rursus vero (nam & inedia & tussi convulsiva distinebatur) victus doloribus fatum antevertere statuit. Sumpto igitur pomo, cultellum etiam poposcit (solitus enim erat sectum comedere) deinde circumspiciens ne quis esset qui ei obstaret, tanquam se percussurus dextram levavit. Verum Achiabus ejus sobrinus accurrens, manu illius prehensa, *ictum* impediit. Ululatus autem maximus statim sublatus est in regia, ac si rex mortuus fuisset: cumque eum audiisset Antipater, fiduciam resumit, lætatusque custodes obsecrabat, ut ipsum promissa pecunia solutum dimitterent. Dux vero illorum non tantum *id fieri* prohibuit, sed & regi insidias renunciatum currebat: atque ille fortius exclamavit quàm morbus commode pateretur, continuoque missis satellitibus Antipatrum occidit. Cum autem in mandatis dedisset ut cadaver ejus in Hyrcanio sepeliretur, rursus testamentum corrigit: & successorem quidem scripsit Archelaum filium natu maximum, Antipæ fratrem; Antipam vero tetrarcham. *Herodis legati, qui Romæ erant, literis læta nunciant. Antt.* l. 17. c. 7. §. 1. *Herodes, paululum licet recreatus tandem doloribus victus manus sibi inferre conatur. Antt.* l. 17. c. 7. §. 1. *Antipater occiditur.* Ibid. *Testamentum rursus mutat Herodes. Antt.* l. 17. c. 8. §. 1.

8. Postquam autem à filii cæde quinque dies vixisset, mortem obit; cum *scilicet* regnasset annos quidem triginta quatuor, ex quo Antigono interfecto rerum potitus est, triginta vero septem, ex *Diem suprémum obit.* Ibid.

[c] Υποστρέφων] Υποστρέψας *Euseb.*

[d] Ως εἰς Ιεριχοῦντα] Illud ὡς non agnoscunt *Bod. Voss. Rost. Euseb.* & *Niceph.*

[e] Μελαγχολῶν ἤδη,] Καὶ διαφανῶς post μελαγχολῶν addunt nonnulli *MSS.*

[f] Μονονουχὶ] Καὶ διαφανῶς add. *MSS. Ox. Eusebius* non agnoscit. v. H. Eccl. p. 26. SPANH. Addit & *Rost.*

[g] Προέκοπτεν εἰς] Προέκοπτε δὲ εἰς *Niceph.*

[h] Ὑπιθολὴν] Ita lego cum *Valesio* ex *Eusebii Cod. Nazar.* antea erat ἐπιβουλὴν. HUDS. Sciat quoque lector, clarissime ἐπιβουλὴν in *Lugd. Bat.* nostro exstare. HAV.

[i] Ἀφ' ἑκάστης] *Lugd. Bat.* Ἐφ' ἑκάστης.

[k] Αλεξᾶν,] Αλεξάνδρου *Euseb.* Verum ut *Epaphroditus* idem qui *Epaphras*, ita *Alexander* idem qui *Alexas.* HUDS. Αλεξάνδρου *Basil.* sup. c. 28. §. 6. & ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

[l] Οἶδα ἔφη, Ιουδαίους] *Rost.* Οἶδα Ιουδαίους, φησί.

[m] Μὲν ἐμὸν ἑορτάσοντας] Illud μὲν deest *Busb. Rhed. Euseb.* & *Niceph.*

[n] Τούσδε] Ita *Lugd. Bat.* Separant alii τοὺς δὲ.

[o] Πᾶσα Ιουδαία, καὶ πᾶς οἶκος ἅπας *Euseb.* πᾶσα ἡ Ιουδ. καὶ π. ο. ἐπ' ἐμοὶ δ. *Niceph.*

[p] Ἐπίτροποι Καίσαρ.] Ita lego ex *Josepho* in *Antt.* lib. 17. c. 6. §. 5. & ex *Rufino* qui vertit, *id quoque permisisse Cæsarem.* Ἐπιτρέποι in *Editis* & *MSS.* HUDS. Imo &. veræ lectioni adstipulatur *Lugd. Bat.* HAV.

[q] Τῶν ἀλγηδόνων] Τῶν ἀλγηδόνων ἡττηθεὶς *Rufin.* & ita *Voss.* & *Big. Ox.* Adde *Eusebium* p. 26. C. SPANH.

[r] Ἡττηθείς,] Excusum erat ἡ δὲ πειθοῦς. Sed quod recte legit *Rufinus* ἡττηθεὶς, exhibet *Voss.* seu *Lugd. Bat.* & *Big.* unus recenti manu, alter cum *Bod.* nihil mutat. ALDR. πειθηθεὶς *Niceph.*

[s] Ἐπεβάλλετο.] *Lugd. Bat.* Ἐπεβάλλετο.

[t] Δὲ μῆλον,] Ita & *Euseb.* sed δὴ malit *Vales.*

[u] Κωλύων εἴη,] Αὐτὸν post κωλύων addunt *Euseb.* & *Niceph.*

[x] Ἐκώλυσεν] Διεκώλυσεν *Bod.* & *Voss.* & mox αὐθὶς *Bod.* & *Gall.*

[y] Αχίαβος ὁ ἀνεψιὸς] De eodem Achiabo ἀρχ. lib. 17. c. 7. §. 1. & c. 12. §. 4. ut & infr. lib. 2. c. 4. §. 1. SPANH.

[z] Ἀναθάρρει τε,] Ἀναθαρρεῖται *Gall.*

[a] Ἐκώλυσεν,] *Rost.* ἔσχε λύσιν, quæ forsan vera erit lectio, nata altera ex verbo eodem superius paulo occurrente. HAV.

[b] Τρκανίῳ,] Ita cum *Bod.* & *Ruf.* prout supra aliquoties. Υρκανίᾳ in *cæteris.* HUDS. Conf. sup. c. 1. §. 2. SPANH.

[c] Αρχέλαον,—υἱὸν,] Ex Malthace Samaritide natum, quem cum Philippo ante præterierat, quando Antipam regem instituerat. ALDR. Conf. ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 1. Archelaus Rex ab Herode declaratus & Antipas Tetrarcha. SPANH.

[d] Ἀδελφὸν—Αντίπατρον.] Ἀδελφὸν Αντιπάτρου *MSS. Lipsi.* SPANH. *Rost.* Ἀδελφὸν δὴ Αντιπάτρου.

[e] Τελευτᾷ,] Circa *Novembris* nostri diem 25. septimo videlicet *Cislevi* mensis, qui idcirco Judæis festus est, quod in eo occiderit Herodes, qui sapientes odio prosequutus est: ut ex *Volumine jejunii* in *Chronologia* sua notavit *Edvardus Liveleius*, vir doctissimus. *Usser. Annal.* pag. 602. ALDR. Circa 25. *Novembr.* seu 7. mensis *Cislevi*, qui inde Judæis Festum. Ex *Usserii Annal.* Oxon. SPANH.

* Nonnulli interpretantur *per alios.*

[f] Ετη τέσσαρα καὶ τριάκοντα,] Hunc numerum & sequentem (v. 19.) libri omnes *Græci* pariter & *Latini* exhibent; eosdem quoque *Josephus* in *Antt.* 17. c. 8. & ex *Josepho* etiam *Zonaras Aliique.* Et sane nulla ratio est cur de iis dubitemus, quamvis id faciant *Chronologi* non ignobiles. Nam cum Herodes rex declaratus sit Romæ a. P. J. 4674. Cn. Domitio Calvino II. C. Asinio Pollione Coss. & regnum adierit post triennium, h. e. a. P. J. 4677. M. Vipsanio Agrippa, L. Caninio Gallo Coss. (uti disertis verbis asserit *Josephus* in *Antt.* lib. 14. c. 14. §. 5 & c. 16. §. 4. *Belli* lib. 1. c. 17. §. 8':) clarum est, sive ab hoc anno numeres 34 sive ab illo 37 a mortuum esse Herodem a. P.

ex quo rex à Romanis declaratus est. Et in cæteris quidem omnibus secunda fortuna usus est, si quis unquam alius. qui quidem regnum quod privatus adeptus est, tantoque conservavit tempore, filiis suis reliquit: in rebus vero domesticis infelicissimus fuit. Salome autem, antequam regis mortem resciret exercitus, cum marito progressa, dimisit eos qui in custodia erant, quos occidi jusserat rex: ipsum dicens mutasse consilium, & suam quemque domum remittere. At cum isti abirent, tum *regis obitum* militibus indicabat; eosque cum cætera multitudine in concionem coëgit in amphitheatro Hierichuntino: ubi Ptolemæus, cui creditus erat à rege annulus signatorius, prodiens *in medium*, & regis fortunam prædicat, & populo consolationem adhibet, & relictas militibus literas legebat, in quibus *eos* multis hortabatur, ut benevolos se præstarent successori *suo*. Deinde, post literas istas, testamentum resignabat & recitabat: in quo Philippus quidem Trachonis & vicinarum regionum hæres declarabatur; Antipas vero, ut jam ante diximus, tetrarcha; rex vero Archelaus. Hinc autem & annulum ad Cæsarem ferre mandabat, & administrationis rationes sigillo munitas. omnium enim quæ *de istis* constitueret dominum, & testamenti confirmatorem esse Cæsarem *voluit*: cætera vero juxta superius testamentum servari.

Salome & Alexas dimittunt Judæos in Hippodromum conclusos. Antt. l. 17. c. 8. §. 2.

Testamentum Herodis lectum.

9. Confestim autem clamor sublatus est Archelao congratulantium; militesque turmatim cum populo eum stipantes, & suam quidem ei promittebant, Deique benevolentiam *ei* comprecabantur. Post hæc ad regem sepeliendum se convertebant. nihil autem quod ad magnificentiam faceret omisit Archelaus, sed omnem ornatum regium protulit, ut cum pompa efferretur mortuus. Lectus quidem erat totus ex auro gemmis distinctus, stragula vero murice vario *refulgens*, superque ea corpus purpura coopertum: & capiti quidem impositum erat diadema, corona vero desuper aurea, & dextra sceptrum habebat. Lectum quidem stipabant filii & cognatorum multitudo; quibus proximi satellites, & agmen Thracium, & Germani & Galli, similiter ornati ac si in bellum iretur. Cæteri vero milites præibant, armis instructi, duces suos ordinumque ductores modeste decenterque sequentes: atque post hos quingenti famuli & liberti aromata ferentes. Corpus autem per ducenta stadia delatum

Archelao, ut regi, acclamatur. Antt. l. 17. c. 8. §. 2.

Exsequia Herodi soluta. Antt. l. 17. c. 8. §. 2.

τα, ἀφ' ἧς ὑπὸ Ρωμαίων [g] ἀπεδείχθη βασιλεὺς, ἐπὶ τὰ ἑ τριακοντα. ἡ χρ' μὲν τὰ ἄλλα πάντα τύχη δεξιᾷ χρησάμενος, εἰ ἡ τις ἕτερος. ὅστις γε [h] κατεκτήσατο βασιλείαν ἰδιώτης ὤν, ἡ τοσούτῳ χρόνῳ φυλάξας, ἰδίοις τέκνοις κατέλιπεν· ἐν δὲ τοῖς καθ' οἶκον, ἀτυχέστατος. πρὶν δὲ γνῶναι τὸν τελευτὴν αὐτοῦ τὸ στρατιωτικὸν, προελθοῦσα μετ' ἀνδρὸς ἡ Σαλώμη, διαφῆκε τοὺς δεσμώτας ὃς κτείνειν ὁ βασιλεὺς ἐνετείλατο, μεταπεισθῆναι αὐτὸν λέγουσα, ἡ πάλιν ἀναπέμπειν ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. τούτων δὲ οἰχομένων, ἐδήλου ἤδη τοῖς στρατιώταις, ἡ συνῆγεν αὐτοὺς εἰς ἐκκλησίαν μετὰ τοῦ λοιποῦ πλήθους ἐν τῷ καθ' Ιεριχοῦντα ἀμφιθεάτρῳ. ἔνθα παρελθὼν Πτολεμαῖος, ὁ ἦν [i] τὸ σημαντῆρα δακτύλιον παρὰ τοῦ βασιλέως πεπιστευμένος, τόν τε βασιλέα κατευδαιμονίζει, ἡ τὸ πλῆθος παρακαλεῖ, τήν τε ἀπολειφθεῖσαν τοῖς στρατιώταις ἀνεγίνωσκεν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ [k] πολλὰ τὸ εἰς τὸν διάδοχον εὐνοίας παρεκάλει. μετὰ δὲ τὴν ἐπιστολὴν λύσας τὰς [l] διαθήκας ἀνεγίνωσκεν, ἐν αἷς [m] Φίλιππος μὲν τοῦ Τράχωνος, ἡ τὴν [n] γειτνιουσῶν χωρίων [o] κληρονόμος, τετράρχης δὲ ὡς προείπομεν Ἀντίπας, βασιλεὺς δὲ Ἀρχέλαος ἀπεδείκνυτο. τούτῳ δὲ τόν τε δακτύλιον τὸν ἑαυτοῦ Καίσαρι φέρειν ἐνετέλλετο, ἡ τὰς διοικήσεις τῆς βασιλείας [p] σεσημασμένας. κύριον γὰρ ἁπάντων, ὧν διαλάξει, ἡ βεβαιωτὴν τῶν διαθηκῶν εἶναι Καίσαρα· τὰ μὲν λοιπὰ κατὰ τὰς προτέρας διαθήκας φυλάττειν.

θ'. Ὡς δὲ [q] εὐθὺς ἐγένετο τοῦ Ἀρχελάῳ συνηδομένων, ἡ κατὰ στίφος οἱ στρατιῶται μετὰ τοῦ πλήθους [r] περιιόντες, ὑπισχνοῦντο μὲν τὴν ἑαυτῶν εὔνοιαν, συνηύχοντο δὲ καὶ τὸν πρὸς τοῦ Θεοῦ. μετὰ ταῦτα πρὸς ταφὴν ἐτράποντο τοῦ βασιλέως. παρέλιπε δὲ οὐδὲν ὁ Ἀρχέλαος εἰς πολυτέλειαν, ἀλλὰ πάντα τὸν βασίλειον κόσμον προήνεγκε, [s] συμπομπεύοντα τῷ νεκρῷ. κλίνη μὲν ὁλόχρυσος ἦν λίθοις, [t] στρωμνὴ δὲ [v] ἁλουργὶς ποικίλη, τὸ σῶμα δὲ ἐπ' αὐτῆς πορφύρᾳ κεκαλυμμένον, ἡ διάδημα μὲν ἐπέκειτο τῇ κεφαλῇ, στέφανος δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ χρυσοῦς, τὸ δὲ [x] σκῆπτρον πρὸς τὴν δεξιάν. ἡ περὶ μὲν τὴν κλίνην, οἵ τε υἱεῖς, ἡ τὸ πλῆθος τῶν συγγενῶν, ἐφ' οἷς οἱ δορυφόροι, ἡ τὸ Θρᾴκιον στίφος, Γερμανοί τε καὶ Γαλάται, διεσκευασμένοι πάντες ὡς εἰς πόλεμον. προῆγε δὲ ἡ λοιπὴ δύναμις, [y] ὡπλισμένοι τοῖς ἡγεμόσι ἡ ταξιάρχοις ἀκολουθοῦντες ὡς κόσμῳ. πεντακόσιοι δὲ ὑπ' αὐτοῖς τῶν οἰκετῶν ἡ ἀπελευθέρων ἀρωματοφόροι. [z] σταδίους [a] δὲ ἐκο-

---

ϡ. 4710. quo etiam calculus indicat contigisse Lunæ eclipsin Mart. 13. hor. 3. à med. noct. Hierosolymis; atque hæc est cujus meminit *Josephus Antt.* 17. 6. Convenit Herodis ætas; quando notum est & nulli dubium Cæsarem Hyrcani causam cognovisse a. P. J. 4667. Q. Fufio Caleno, P. Varinio Coss. quo tempore Herodes, sicut ante diximus, non 15 sed 25 annos numerabat; adeoque erat hoc anno prope septuagenarius, uti modo nos docuit *Josephus* §. α'. hujus capitis. ALDR. Vide *Langium* de *Annis Christi* lib. 2. c. 18. & *Pagium* in *Critica* ad *Baronium*, Vol. 1. p. 17.

g Ἀπεδείχθη—τριακοντα] *Rost.* Ἐδείχθη β. ἔτη τριακοντα ἑπτά.

h Κατεκτήσατο] Inter varias lectiones nostras hanc veram inveni; sed omissum est nomen codicis in quo reperitur. Excusum erat κατεσκήσατο. ALDR. Vera quoque lectio alteri superscribitur in *Lugd. Bat.* HAV. Κατεκτήσατο è *MSS. Ox.* SPANH.

i Τὸν σημαντῆρα δακτύλιον] Σημαντῆρα δακτύλιον annulus obsignatorius. ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 2. SPANH.

k Πολλὰ] Abest a *Rost.*

l Διαθήκας] Ἐπιδιαθήκας *MS. Lipsi.* SPANH. & *Lugd. Bat.*

m Φίλιππος μέν] Strabo p. 765. A. Τῶν δὲ υἱῶν, (Ἡρῴδης) τὸν μὲν αὐτὸς ἀπέλιπεν ὡς ἐπιτροπεύσοντας αὐτοῦ. τὸν δὲ τελευτῶν διαδόχους ἀπέλιπε μερίδος αὐτοῖς δοθείσης, &c. Quid cuique tribuerit Augustus & quomodo Herodis testamentum confirmaverit, vide *Antt.* lib. 17. c. 13. *Belli* 2. c. 6. ALDR. Conf. supra c. 33. §. 7. SPANH.

n Γειτνιουσῶν] *Lugd. Bat.* Γειτονούσων.

o Κληρονόμος] Philippus hic appellatur κληρονόμος, & Antipas Tetrarcha. Non satis accurate. ipse enim Philippum in Antiq. nuncupat Tetrarcham quoque, nec hic addit, cujus id regionis Antipas fuerit. REL.

p Σεσημασμένας.] Obsignatasque *Oxon.* SPANH.

q Εὐθὺς] Delet *Rost.*

r Περιιόντες,] Ita *Bonon.* περιόντες in *ceteris*, in *Lugd. Bat.* προιόντες.

s Συμποιμπεύοντα] *Rost.* Συμπομπεύοντα.

t Στρωμνὴ δὲ] Herodis Pompa funebris ἀρχ. l. 17. c. 8. §. 3. ubi ἁλυργὴς, & στρωμνὴ *MS. Ox.* SPANH.

v Ἁλουργὶς] Melius ἁλυργῆς, sicut lib. 17. c. 8. §. 3.

x Σκῆπτρον] *Rost.* Σκῆπτρος.

y Ὡπλισμένοι] Ὡπλισμένοις *Voss.* (seu *Lugd. Bat.* non male) ὡπλισμένη *Bod.*

z Στάδιους] CC. stadia vid. Not. *Oxon.* ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 3. ἦγεν δὲ ἐπὶ Ἡρωδίου σταδίους ὀκτώ. *Rufin.* processit Herodeum usque per octo stadia i. e. agmen per octo stadia comitatum est *Euseb.* Hist. lib. 1. c. 8. p. 25. C. citat hæc de morte Herodis, tanquam è 2. lib. Hist. *Bell. Jud.* ἡ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ τῶν ἱστοριῶν τὰ παραπλήσια περὶ τοῦ αὐτοῦ παραδίδωσιν, &c. Obstant tamen Græci Josephi Codices & Josephus Procemio ἄλσος. Vid. *Not. Oxon.* SPANH.

a Στάδιους—Ἡρῴδιον,] Cum duo fuerint Herodia, non memini *Josephum* indicare, in utro sepultus sit Herodes: quanquam nemo, opinor, dubitabit quin in eo condi voluerit, quod immensis sumptibus exstructum memoriæ suæ consecrasset. Erat hoc Herodium sexagesimo ab Urbe stadio in via Massadam ducente, *Belli* I. 13. 5: unde recte videntur Hierichuntem inter & Herodium 200 stadia numerari; siquidem Hierosolymis aberat Hierichus 150 stad. *Belli Jud.* lib. 5. Jam non video cur *Josephus* secum committatur propter id quod legitur *Antt.* lib. 17. c. 8. §. 3. Neque enim ibi dicit κομισθῆναι τὸ σῶμα ἐπὶ στάδια ὀκτὼ, sed ἦσαν δὲ inquit ἐπὶ Ἡρωδίου στάδια ὀκτώ. cujus simplicissima interpretatio est, *ibant autem versus Herodium octo stadia*; h. e. agmen, cujus proxima mentio, cadaver per octo stadia comitatum est; qualis mos in funeribus, apud nos etiamnum obtinet. Neque porro dicitur, ἦσαν δὲ εἰς Ἡρῴδιον ἐπὶ στάδια ὀκτὼ, sed ἐπὶ Ἡρωδίου στάδια ὀκτώ, ut si minus probabilis illorum sententia, qui diebus singulis octo stadia volunt

ἐκομίσθη τὸ σῶμα Ἀρχελάου εἰς Ἡρώδειον, ὅπου χτὶ τὰς ἐνιαλὰς ἐτάφη. [b] καὶ τὰ μὲν περὶ Ἡρώδην τοιοῦτον ἔσχε πέρας.

erat in Herodium, ubi, prout fuerat mandatum, sepultum erat. Et quæ ad Herodem quidem spectant hujusmodi finem habebant.

lunt esse confecta; etsi talis constructio propositionis ἐπὶ non careat exemplis. Quare non repudianda penitus est hæc interpretatio: sed videtur emendari posse, si dicamus agmen dum Herodium iret, octavo quoque stadio substitisse ad defunctum regem complorandum. Hujusmodi moris antiquissima exstant vestigia in *Gen.* c. L. ALDR. Ἡρώδιον *Lugd. Bat.*

[b] Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἡρώδου] In codicibus omnibus quos conferre licuit, hactenus producitur, & hic desinit, *Historiarum* sive *de Bello Judaico* liber primus; quanquam ea quæ præcedunt §. 5. hujus capitis, de morbo atque exitu Herodis, velut ex secundo volumine, laudaverit Eusebius *Histor. I.* 8. Eusebii codices depravatos esse negat Valesius; eamque quæ nunc obtinet partitionem hujus operis non Josephi, sed Rufini esse contendit. Verum obest illius sententiæ Græcorum quoque codicum cum Latinis hac in re consensio, qui tamen discrepant in quinto, sexto, septimoque volumine, quæ Rufinus pro suo libitu distinxit. Videtur etiam Josephus *in Proœmio* clarissime indicare, se secundum librum inchoasse à seditione contra Archelaum mota. Vide *Proœmium* §. 7, 8. ALDR. *Euseb.* Hist. Eccl. lib. 1. c. 8. p. 26. D. καὶ τοῦτο μὲν τὸ πέρας τῇ Ἡρώδου γενέσει τελεῖται. SPANH.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΥΤΕΡΩ ΛΟΓΩ,

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ

ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

JOSEPHI LIBRO SECUNDO

HISTORIARUM EXCIDII JUDAICI

HÆC CONTINENTUR.

α'. Ὅπως Ἀρχέλαος, πενθήσας τὸν πατέρα καὶ τὸ πλῆθος ἐστιάσας, ἐθεράπευσεν ἐφ' οἷς ἠτοῦντο.

β'. Ὅπως οὐκ ὀλίγους τῶν πενθούντων τὸν Ἡρῴδην ἀποκταθείσας σοφιστὰς, καὶ στάσιν κατ' αὐτοῦ ἐγειρόντων, ἀπέκλεινε καὶ μάλιστα τῶν συνελθόντων ἐν τῷ Πάσχα.

γ'. Ὅπως, ἀπερχομένου Ἀρχελάου εἰς Ῥώμην, Σαβῖνος ἀνὴρ εἰς Ἱεροσόλυμα ὑπήντα, καὶ τότε μὲν, παρακληθεὶς ὑπὸ Οὐάρου, ἀπεστράφη. ἔπειτα ἀπελθόντος Ἀρχελάου πάλιν ἀπελθὼν, τότε βασίλεια παραλαμβάνειν ἐπειρᾶτο, καὶ τὰ χρήματα πάντα κομίζεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐδυνήθη.

δ'. Ὅπως Ἀντίπας ἠμφισβήτησε τῆς βασιλείας τῷ Ἀρχελάῳ, καὶ ἃ ἑκάτερος εἶπεν ἑαυτῷ συνηγόρῳ.

ε'. Ὅπως Σαβῖνος ἐπελθὼν Ἱεροσολύμοις, καὶ [a] βιαζομένους τε τὰς φόρους λαμβάνειν, καὶ τὰ βασιλικὰ χρήματα διερευνῶντος, συνεστήσατο τὸ πλῆθος πόλεμον κατ' αὐτοῦ συνεστήσασθαι, ἐξ οὗ τότε καὶ ἡ πᾶσα χώρα ἐταράχθη.

ϛ'. Περὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων ἐπαναστάντων, καὶ σχῆμα βασιλείας αὐτοῖς περιθεμένων.

ζ'. Ὅπως Οὔαρος ἐπελθὼν, τούς τε στάσιν καταπαύσειν, καὶ τοὺς αἰτίους ἐκόλασεν.

η'. Ὅπως Ἰουδαῖοι παραγενόμενοι πρὸς Καίσαρα κατηγόρησαν Ἡρῴδου καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων, ἀξιοῦντες μηκέτι βασιλεύεσθαι· καὶ ὡς Ἀρχέλαος ἀντέθηκε τὰς αἰτίας ἀποσκευαζόμενος.

1. *Quomodo Archelaus, cum patrem luxisset & populum convivio excepisset, in iis quæ postulabant illis gratificatus est.*

2. *Quomodo multos ex illis, qui sophistas, ob aquilam revulsam occisos ab Herode, lugebant, & seditionem contra ipsum movebant, interfecit, præsertimque eos qui Paschatis tempore convenerant.*

3. *Quomodo Sabinus, Archelao Romam abeunte, cum Hierosolyma ascenderet, ei in via occurrebat, & tunc quidem hortatu Vari reversus est. deinde, cum Varus abiisset; rursus illic ascendens, & regias occupare studebat, & pecuniam omnem auferre, licet frustra id tentavit.*

4. *Quomodo Antipas cum Archelao de regno contenderit, quæque uterque in sui defensione diceret.*

5. *Quomodo, postquam Hierosolyma venisset Sabinus, vimque adhiberet ad tributa capienda, & regias pecunias exquireret, populus factis agminibus bellum in eum concitavit, atque inde per totam Judæam orta est seditio.*

6. *De iis qui in Judæa insurrectionem fecerant, & regni insigne sibimet imposuerunt.*

7. *Quomodo Varus, postquam eò venisset, & seditionem composuit, & in ejus auctores animadvertit.*

8. *Quomodo Judæi, cum ad Cæsarem pervenissent, Herodem ejusque filios accusarunt, postulantes ut non amplius regibus subjicianturr: & quomodo Archelaus semet eis opposuit & accusationes diluit.*

9. *Quo-*

[a] Βιαζομένους] Mallem sane, βιαζομένου τὰς φορὰς παραδιδόναι τοὺς ἄνδρας, ut infra apud *Josephum*; ubi hac de re agit.

[b] Τὰ

9. *Quomodo Cæsar, cum regni quidem dimidium Archelao dedisset, ethnarcham eum appellavit, reliquum vero in duas tetrarchias divisisset, unam quidem Philippo, alteram vero Antipatro, qui & Antipas & Herodes vocabatur, donavit: & quantus erat uniuscujusque reditus; & quenam cæteris ex Herodis stirpe distribuit.*

10. *De eo qui sese pro Alexandro gessit, & quomodo patefactus est.*

11. *Quomodo Archelaus, nono anno, & regno & facultatibus privatus, perpetuo exsilio multatur, & quenam somnia ipse & uxor somniarunt; & quomodo ejus principatus, in provinciæ formam redactus, procuratorem accepit.*

12. *De Juda Galileo qui populares suos ad defectionem impellebat; & de tribus Judæorum sectis, Sadducæis, Pharisæis, & Essenis.*

13. *Obitus Salomes sororis Herodis & Augusti Cæsaris, Tiberii imperatoris inauguratio; & quales urbes condiderunt Herodes & Philippus tetrarchæ.*

14. *Quomodo Pilatus, ad Judæam procurandam missus, cum Cæsaris effigies in Hierosolyma intulisset, à populo multis precibus interpellatus rursus eas educebat: & quomodo sacrum thesaurum, scilicet Corbonam, ad aquam in urbem derivandam consumens, populum ad seditionem concitavit, & aliquam multos occidit.*

15. *Quomodo Agrippa, filius Aristobuli una cum fratre à patre occisi, ad Tiberium veniens Herodem accusaturus, ab eo non solum repulsam tulit, sed & in vincula conjectus est & male habitus, quod precatus esset ut Cajus regnaret.*

16. *Quomodo, mortuo Tiberio & Cajo Imperium adepto, vinculis solvitur, & Philippi jam mortui tetrarchiam obtinet; deinde illam Herodis ejus fratris, relegati eum uxore Herodiade in Hispaniam, & ob avaritiam & quod ab Agrippa fuerat accusatus,*

17. *Quomodo Cajus in Judæam misit Petronium, ut ejus imagines in fano dedicaret, atque Judæi fere universi ei usque ad Ptolemaïdem obviam processerunt, ut istud non faceret obsecrantes: ubi & Ptolemaïdis descriptio, & Belei fluvii, & Memnonis sepulchri, & arenarum vitrearum. & quomodo Petronius eò adductus est ut desisteret ab imaginum dedicatione.*

18. *Quomodo, Cajo mortuo, rerum potitur Claudius, senatu ipsi reconciliato ab Agrippæ consilio: & quomodo Claudius protinus eum donat regno paterno universo, cum aliorum quorundam accessione; insuper & fratrem, qui & gener ei erat filia Berenicæ junctus, regno Chalcidis.*

19. *Quomodo Agrippa, cum Hierosolyma muris circumdare cœpisset, moritur; & regnum iterum fit provincia, misso in illud procuratore: deinde & Herodes, Chalcidis rex, moritur, & Claudius Agrippam ex fratre nepotem Agrippæ filium, in ejus regno constituit. quodque illi quidem erant ex Aristobulo, Alexandri autem posteri in Armenia majori regnaverunt.*

θ'. Οπως Καῖσαρ τὸ μὲν ἥμισυ τ῀ βασιλείας Αρχελάῳ δὺς, ἐθνάρχην προσεῖπεν, τὸ δ' λοιπὸν εἰς δύο διελὼν τετραρχίας, τ῀ μὲν Φιλίππῳ, τ῀ δ' Αντιπάτρῳ, τῷ κ᾽ Αντίπα κ᾽ Ηρώδῃ, δέδωκε, κ᾽ ὅση ἑκάτῳ προσοδ῀ γέγονε, κ᾽ τίνα κ᾽ τῇ λοιπῇ [b] τ῀ Ηρώδε γενεᾷ Καῖσαρ ἀπένειμεν.

ι'. Περὶ τ῀ ψευσαμένε ἑαυτὸν Αλέξανδρον εἶναι, κ᾽ ὅπως ἀνεγνωρίσθη.

ια'. Οπως Αρχέλα῀, ἐνάτῳ ἔτ῀ τ῀ βασιλείας κ᾽ τ῀ ὐσίας ἀφαιρεθεὶς, ἀϊδίῳ φυγῇ ζημιῦται, οἵως τε ὀνείρως αὐτὸς κ᾽ ἡ γυνὴ εἶδον· κ᾽ ὅπως ἡ αὐτ῀ ἀρχὴ, εἰς ἐπαρχίαν προσγραφεῖσα, ἐπίτροπον ἐδέξατο.

ιβ'. Περὶ τ῀ Γαλιλαίε Ιούδα τ῀ τὺς ὁπηχωρίως εἰς ἀπόστασιν ἐνάγοντ῀, κ᾽ τ῀ τριῶν παρ᾽ Ιουδαίοις αἱρέσεων, Σαδδουκαίων, Φαρισαίων, κ᾽ Εσσηνῶν.

ιγ'. Θάνατ῀ Σαλώμης τ῀ ἀδελφῆς Ηρώδε κ᾽ Αὐγύστ῀ Καίσαρ῀, κ᾽ Τιβερίε ἀναγόρευσις, κ᾽ ποίας πόλεις ἔκτισαν Ηρῴδης τε κ᾽ Φίλιππ῀ οἱ τετράρχαι.

ιδ'. Οπως Πίλατ῀, ἐπίτροπ῀ πεμφθεὶς Ιουδαίας, κ᾽ τὰς Καίσαρ῀ εἰκόνας εἰσαγαγὼν εἰς Ιεροσόλυμα, παρακληθεὶς τε ὑπὸ τ῀ πλήθως αὖθις αὐτὰς ἐξήγαγεν. κ᾽ ὅπως πάλιν τ῀ ἱερὸν θησαυρὸν, ἤτοι τ῀ Κορβανᾶν, [c] πρὸς καταγωγὴν ὑδάτων [d] ἐξαναλίσκων, εἰς στάσιν αὐτὺς ἠρέθισε, κ᾽ σὺκ ὀλίγως ἀπέκλεινεν.

ιε'. Οπως κατήγορ῀ Ηρώδε πρὸς Τιβέριον Αγρίππας, ὁ Αριστοβύλε, τ῀ ἀναιρεθέντ῀ ὑπὸ τ῀ πατρὸς σὺν ταδελφῷ, παῖς ἀφικόμεν῀, κ᾽ προσεδέχθη, ἐδέθη δ' μᾶλλον κ᾽ προσηκίσθη, ἀφ᾽ τὸ ἐπεύξασθ῀ Γαΐῳ τ῀ βασιλείαν.

ις'. Οπως, ἀποθανόντ῀ Τιβερίε κ᾽ Γαΐε κρατήσαντ῀, τ῀ τε δεσμῶν ἀπολύε῀, κ᾽ τ῀ Φιλίππε τετραρχίαν ἀποθανόντ῀ ἤδη λαμβάνε. ἔπειτα κ᾽ τ῀ ἀδελφῆς ἐκείνε Ηρώδε, φυγαδευθέντ῀ μ῀ τ῀ γυναικὸς Ηρωδιάδ῀ εἰς Ισπανίαν, ἀφ᾽ τε τ῀ πλεονεξίαν, κ᾽ τὸ καλεγορηθῆναι ὑπὸ Αγρίππα.

ιζ'. Οπως Γάι῀ Πετρωνίων ἀπέστειλεν ἀναθεῖναι τὰς αὐτ῀ εἰκόνας ἐν τῷ ναῷ, καὶ ὡς Ιουδαῖοι [e] παγγενῆ ἐν Πτολεμαΐδι αὐτῷ προϋπήντησαν, δεόμενοι μὴ τὺτο ποιῆσαι· ἐν ᾧ καὶ Πτολεμαΐδ῀ ἔκφρασις καὶ [f] Βηλέε ποταμ῀, καὶ τ῀ Μέμνον῀ τάφε, καὶ τ῀ ὑαλινῆς ψάμμε. κ᾽ ὅπως πεισθεὶς Πετρώνι῀ ἀπῆκεν τ῀ τ῀ εἰκόνων ἀνάθεσιν.

ιη'. Οπως ἀποθανόντ῀ Γαΐε Κλαύδι῀ ἐκράτησεν ὅλων, Αγρίππα συμβυλῇ μᾶλλον ἀγείσης τ῀ συγκλήτ῀ πρὸς αὐτόν· κ᾽ ὅπως Κλαύδι῀ δωρεῖ῀ αὐτὸν τῇ πατρῴᾳ βασιλείᾳ πάσῃ, ἔτι δ' καὶ ἑτέρων προσθήκῃ, ἀλλὰ καὶ τ῀ ἀδελφόν, τ῀ καὶ ὁπὶ θυγατρὶ τῇ Βερνίκῃ [g] γαμβρὸν, βασιλείᾳ τ῀ Χαλκίδ῀.

ιθ'. Οπως ἀρξάμε῀ [h] Αγρίππας τειχίζειν Ιεροσόλυμα τελευτᾷ, καὶ ἡ βασιλεία πάλιν ἐπαρχία γίνε῀, καὶ ὁπίτροπ῀ ἀποστέλλε῀. ἔπειτα καὶ Ηρῴδης ὁ τ῀ Χαλκίδ῀ βασιλεύων τελευτᾷ καὶ καθίστησιν εἰς τ῀ αὐτ῀ βασιλείαν Κλαύδι῀ τ῀ ἀδελφιδῆν Αγρίππαν, τ῀ τ῀ Αγρίππα υἱόν. καὶ ὅτι [i] ἦτοι μὲν ἦσαν Αριστοβύλε, ἡ δ' Αλεξάνδρε γενεὰ τ῀ μεγάλης Αρμενίας ἐβασίλευσεν.

κ'. Οπως

[b] Τ῀ Ηρώδε] Illa τ῀ Ηρώδε inserta dedi ex *MS. Gall.*
[c] Πρὸς καλαγωγὴν] Εἰς καλαγωγὴν in *MS. Gall.*
[d] Ἐξαναλίσκων,] Καλαναλίσκων *MS. Gall.*
[e] Παγγενῆ] Παγγενεῖ in *MS. Gall.*
[f] Βηλέε ποταμ῀,] Ex ipso *Josepho* scribo Βηλέε. antea erat Βιλλαίε in *Editis*, & Βηλλαίε in *MS.*
[g] Γαμβρὸν,] Vocem γαμβρὸν addidi è *MS.*
[h] Αγρίππας] Ira in *MS.* Ηρώδης in *Editis.*
[i] Οὗτοι μὲν ἦσαν] In *MS.* οἱοὶ pro ἦτοι.

κ'. Ὅπως ἐπιτρόπου Κυμάνου ἐν τῇ ἄλλῃ ἐπαρχίᾳ σταλέντος, θόρυβος καὶ φθορὰ τὴν πόλιν καλέσαντες, τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ στρατιώτου ἀκοσμίας λαβοῦσα, καὶ ὡσεὶ μυρίους ἀπέθανον. καὶ ὡς τούτου παυθέντος ἑτέρα στάσις γίνεται πάλιν, ἀφ' οὗ τὸν πυρίκαυστον ποιῆσαι τὸν νόμον τινὰ στρατιώτην ἐν Σαμαρείᾳ.

κα'. Ὅπως ἀφ' ἧς ἀναιρεθέντα Γαλιλαίων ὑφ' ὧν ἐν Σαμαρείᾳ Ἰουδαίων, πολὺς πάλιν πόλεμος γέγονεν, καὶ οἷα ἐδίκασε Κλαύδιος ὡσεὶ τῶν αὐτῶν· καὶ ὅπως ἐκ Χαλκίδος εἰς μείζονα βασιλείαν μετέβηκε Κλαύδιος τὸν Ἀγρίππαν.

κβ'. Ὅπως τελευτήσαντος Κλαυδίου Νέρων κρατεῖ, καὶ δίδωσι μὲν βασιλεύειν τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν τῷ Ἡρῴδου Ἀριστοβούλῳ, [k] τῷ δὲ Ἀγρίππᾳ προσίθησι τέσσαρας πόλεις σὺν ταῖς τοπαρχίαις· εἰς δὲ τὴν λοιπὴν Ἰουδαίαν ἐπίτροπον ἀποστέλλει Φήλικα, ὃς ἄλλους τε πολλοὺς κρατήσας ἀνεσταύρωσεν, καὶ τὸν ἀρχιλῃστὴν Ἐλεάζαρον, εἴκοσιν ἔτεσι τὴν χώραν δηώσαντα, [l] ζωγρήσας ἀνέπεμψεν εἰς Ῥώμην.

κγ'. Περὶ τῶν καλουμένων Σικαρίων, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπατησάντων ψευδοπροφητῶν, καὶ τῆς Αἰγυπτίου, καὶ τῶν ἀναπεισάντων μὴ ὑποκεῖσθαι Ῥωμαίοις, καὶ ὡσεὶ τῆς γενομένης ἐν Καισαρείᾳ μεταξὺ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων στάσεως ὡσεὶ τῆς πόλεως· καὶ ὅπως ἀφίκοντο πρὸς Νέρωνα ἐξ ἑκατέρου μέρους, διακασόμενοι ὡσεὶ αὐτῆς.

κδ'. Περὶ τοῦ ἐπιτρόπου Ἀλβίνου τοῦ μετὰ Φῆστον, ὅτι τὸν τρόπον κακοήθης ἦν, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Φλῶρος πολὺ χείρων φανεὶς ἀγαθώτατον ἐκεῖνον ἀπέδειξεν.

κε'. Ὅπως καὶ οἱ Καισαρέων Ἕλληνες ἐνίκησαν πρὸς Νέρωνι τὸ πόλεως ἄρχειν, καὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς πόλεμος τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἀφ' οὗ τε τοῦ Καισαρέως ἐν τῇ γάστρᾳ τῶν ὀρνέων θυσίαν, καὶ ἀφ' οὗ τὸ ἐκ τοῦ ἱεροῦ θησαυροῦ ἑπτακαίδεκα τάλαντα τοῦ Φλώρου λαβεῖν.

κς'. Περὶ Βερνίκης τῆς ἀδελφῆς Ἀγρίππα, οἷά τε πέπονθεν.

κζ'. Ὅπως σεισθείσης τῆς στάσεως πάλιν ὁ Φλῶρος ἀνῆψεν αὐτὴν, τῷ μὲν ἀγγεῖλαι μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ὑπαντῆσαι τοῖς στρατιώταις καὶ ἀσπάσασθαι, ἀντιπαραγγεῖλαι δὲ τοῖς στρατιώταις μὴ ἀντασπάσασθαι, καὶ εἴ τι τολμήσαιεν εἰπεῖν χρῆσθαι κατ' αὐτῶν τοῖς ὅπλοις.

κη'. Ὅπως ἐξελθὼν τῆς πόλεως Φλῶρος Κεστίῳ ἔγραψεν ὡς Ἰουδαῖοι ἀπέστησαν, ὁ δὲ [m] Νεαπολίτανον χιλίαρχον ἔπεμψεν μαθησόμενον τὰ κατ' αὐτούς· καὶ ὡς αὐτὸς, σὺν Ἀγρίππᾳ εἰσελθὼν εἰς τὴν πόλιν, εὗρεν εἰρηνεύουσαν μὲν πρὸς Ῥωμαίους, καλοῦσαν δὲ τὸν Φλῶρον· καὶ ὁ μὲν ὑποτρέφει πρὸς τὸν πέμψαντα, ὁ δὲ βασιλεὺς συμβουλεύει περὶ εἰρήνης τῷ ἔθνει [n] θαυμασιωτάτην συμβουλήν.

κθ'. Ὅπως, τοῦ Ἀγρίππα καταπαύσαντος τὴν στάσιν, ἔπειτα πειρωμένου καὶ πρὸς τὸν Φλῶρον καταλλάσσειν αὐτούς, θυμωθέντες αὐτόν τε τῆς πόλεως ἐξεκήρυξαν, καὶ τὸ φρούριον Μασσάδαν [o] ἐχυρώσαντο, τοὺς ἐν αὐτῷ Ῥωμαίους κατασφάξαντες.

λ'. Ὅπως, Ἐλεαζάρου υἱοῦ Ἀνανίου τοῦ ἀρχιερέως στρατηγοῦντος, τὰς ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος θυσίας ἀπέρριψαν, καὶ μᾶλλον ἀνήφθη ὁ πόλεμος.

λα'. Ὅπως οἱ δυνατοὶ, πρεσβεύσαντες πρὸς Ἀγρίππαν,

20. *Quomodo Cumano ad alteram provinciam procurandam misso, tumultus & cædes in urbe facta est, orta ex eo quod indecore se gesserit miles; & circiter decies mille perierunt. utque sedato hoc tumultu, iterum alia oritur seditio, eo quod miles quidem in Samaria legem igne cremaverit.*

21. *Quomodo, propter Galilæum à Judæis Samaritanis occisum, grave rursus ortum est bellum, & quale de istis judicium tulit Claudius; & quomodo de Chalcide in regnum majus Agrippam transtulit Claudius.*

22. *Quomodo, Claudio vita defuncto, Nero imperat, & Armeniam quidem minorem regnandam dedit Aristobulo Herodis filio, Agrippæ vero adjicit quatuor urbes * cum toparchiis illarum: in reliquam autem Judæam procuratorem mittit Felicem, qui & comprehensos in crucem sustulit, & latronum principem Eleazarum, per annos viginti regionem populantem, vivum captum Romam misit.*

23. *De iis qui Sicarii appellati erant, ut & de pseudoprophetis qui multos deceperant, & de Ægyptio quodam, illisque qui populo persuadebant, ne se Romanis subjicerent; & de seditione Cæsareæ inter Judæos & Græcos de jure civitatis orta; & ut quidam ex utraque parte ad Neronem se conferebant ea de re disceptaturi.*

24. *De Albino procuratore post Festum, quod maligno fuerit ingenio; quodque Florus ejus successor, eo multo pejor visus, fecerit ut ille pro optimo haberetur.*

25. *Quomodo Græci Cæsareenses à Nerone obtinuerunt ut civitatis imperium haberent; ortumque est bellum Judaicum, partim ex Cæsareensi quodam in vase Samio avibus sacra faciente, partim ex eo quod Florus septemdecim talenta è sacro thesauro abstulerit.*

26. *De Berenice sorore Agrippæ, & quanam passa est,*

27. *Quomodo Florus seditionem exstinctam resuscitavit, Judæis quidem imperando ut militibus obviam irent eosque salutarent, contra vero militibus suis præcipiendo ut non resalutarent Judæos, & si quid petulanter isti loqui auderent, statim in eos armis uterentur.*

28. *Quomodo Florus, urbe egressus, Cestio scripsit de Judæorum defectione; atque ille tribunum Neapolitanum misit, quænam apud ipsos facta essent cognoturum: utque is, cum Agrippa in urbem ingressus, invenit eam pacem cum Romanis colentem, Florumque clamoribus insectantem: atque ille quidem revertitur ad eum qui ipsum miserat, rex vero genti consilium dat de pace admirationi dignissimum.*

29. *Quomodo seditione ab Agrippa sedata, cum mox tentaret Judæos Floro reconciliare, illi, ira incensi, & ipsi voce præconis ut urbe exiret denunciarunt, & Massadam castellum, Romanis qui in eo erant occisis, munierunt.*

30. *Quomodo, Eleazaro Ananiæ pontificis filio exercitum ducente, sacra pro Cæsare fieri solita rejecerunt, atque inde magis accenditur bellum.*

31. *Quomodo primores, missa ad Agrippam legatione,*

k Τῷ δὲ Ἀγρίππᾳ] Τῇ δὲ Ἀγρίππα in *MS. Vat.* quod sane rectum, si subintelligatur, vel potius adjiciatur *βασιλείᾳ*.

l Ζωγρήσας ἀνέπεμψεν] Quæ sequuntur adjecta esse volui ex *Josepho*, qui duobus in locis distertim dicit Eleazarum vivum captum fuisse Romamque missum.

m Νεαπολίτανον] Πολίτανον in *MS. Gall.* & apud *Josephum* juxta *Rufini* codicem.

n Θαυμασιωτάτην συμβουλήν] *Vat.* Θαυμασιώτατον σύμβολον.

o Ἐχυρώσαντο,] *Vat.* Ἐχιρώσαντο.

* *Al.* cum agris ad eas pertinentibus.

gatione, ab ipso acceperunt milites, quibus usi sunt contra Eleazarum & qui ab ipso stabant seditiosos: ubi de festo Ligniferii agitur, & de Sicariis.

32. *Quomodo Manahemus filius Judæ Galilei, qui contra Quirinum seditionem moverat, insurgebat contra Eleazarum: & quonam facto periit, & ipse, & qui cum eo erant, & regii omnes qui Eleazaro favebant.*

33. *Quomodo, postquam Cæsareenses Judæos apud ipsos omnes interfecissent, gens universa Judæorum insurgebat, & multa horrenda & facinoribus tragicis plena in Syros illisque finitimos ediderunt.*

34. *Quomodo & Scythopolitæ Judæos qui apud ipsos erant, licet auxiliarios suos, occiderunt: ubi narratio de Simone, qui & semet familiamque suam interfecit, atque ut passim Judæi à Græcis cæsi erant.*

35. *De illis qui Judæis apud ipsos degentibus parcebant, & de Judæis in regno Agrippæ præter illius sententiam trucidatis.*

36. *Quomodo & alii Judæos qui apud ipsos erant, interemerunt, nemini parcentes; & Alexandrini millia quinquaginta mactarunt.*

37. *Quæ Cestius, Antiochiâ profectus in Hierosolyma gessit, & quot urbes cepit, & quot homines peremit: & quomodo Judæi, cum ad urbem appropinquaret, impetu in eum facto multos quidem occiderunt; postea vero superati, in urbem se receperunt. & quomodo Simon Gioræ filius, cum illis conflictatus, multos necavit.*

38. *Quomodo factum est ut Agrippa, legatione pro pace suscepta, nihil profecerit, seditiosis ipsi adversantibus.*

39 *Quomodo Cestius, ex improviso eos adortus, in urbem interiorem & fanum impressionem fecit. & quomodo, cum urbem capere potuisset, retrocesserit, utpote quod Florus pecunia eò adduxisset castrorum præfectum & equitum magistros, ut ei idipsi persuaderent: utque rursus oppugnationem aggressus brevi recesserit.*

40. *Quomodo Cestius temere castra movit ab urbe, & quænam dum revertitur à Judæis passus est.*

41. *Quomodo Damasceni Judæos apud ipsos degentes interfecerunt, & Judæi à persequendo Cestio reversi quæ ad urbem spectabant præparârunt, & alios crearunt duces, interque eos hunc ipsum scriptorem.*

42. *De Josepho, quomodo illa quæ ejus gubernationis erant ordinavit.*

43. *De Joanne, qui postea pro tyranno se gessit: & quænam in Josephum machinatus est.*

44. *Quomodo se res Hierosolymorum habebant sub Anani administratione: & quænam in Acrabatena à Simone Gioræ filio gesta erant.*

ἔλαβον παρ' αὐτῶ στρατιώτας, οἷς ἐχρήσαντο [p] κατὰ Ἐλεαζάρω τῶ τοῦ αὐτῶ [q] στασιαστῶν· ἐν ᾧ τὰ περὶ τὴν Ξυλοφορίων ἑορτὴν, καὶ περὶ τοὺς Σικαρίων.

λϵ'. Ὅπως Μανάϊμος υἱὸς Ἰούδα τοῦ Γαλιλαίου, τοῦ ὀπὶ Κυρηνίου στασιάσαντος, ἐπανέστη τῶ Ἐλεαζάρω. καὶ ὅ, τι ποιήσας ἀπώλετο, αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ καὶ πάντες οἱ βασιλικοὶ περὶ τὸν σὺν Ἐλεαζάρω.

λγ'. Ὅπως, Καισαρέων τοὺς παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίους ἀναχωρησαμένους, ἐπανέστη τὸ Ἰουδαϊκὸν ἅπαν, καὶ πολλὰ δεινὰ καὶ τραγῳδίας μετὰ τοῖς τε Σύροις καὶ τοῖς [r] προσχώροις ἐνεδείξαντο.

λδ'. Ὅτι καὶ Σκυθοπολῖται, καί τοι συμμαχήσαντας αὐτοῖς, τοὺς παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίους ἀπέκτειναν. ἐν ᾧ καὶ τὸ περὶ Σίμωνος διήγημα τοῦ ἑαυτόν τε καὶ τὴν γενεὰν ἀναχρησαμένου, καὶ ὅπως πανταχοῦ Ἰουδαῖοι πρὸς τῶν Ἑλλήνων κακοεργάζοντο.

λε'. Περὶ τῶν φεισαμένων τῶν παρ' αὐτοῖς μετοικούντων Ἰουδαίων, καὶ περὶ τῶν φονευθέντων ἐν τῆ βασιλείᾳ Ἀγρίππα πρὸς γνώμην αὐτοῦ.

λϛ'. Ὅπως οἵ τε ἄλλοι τοὺς παρ' αὐτοῖς ἀφειδῶς ἀπέκτειναν, καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς πέντε μυριάδας [s] διεχρήσαντο.

λζ'. Ὅσα Κέστιος ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπραξεν, καὶ ὅσας πόλεις εἶλεν, καὶ ὅσους ἀπέκτεινεν· καὶ ὅπως πλησιάζοντος τῆ πόλει ἐπεξελθόντες Ἰουδαῖοι πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, ἔπειτα δὲ ἡττηθέντες εἰς τὴν πόλιν ἀνέστρεψαν. καὶ ὅπως ὁ τοῦ Γιώρα Σίμων, συμπλακεὶς αὐτοῖς, πολλοὺς ἀπέκτεινεν.

λη'. Ὅπως πρεσβευσάμενος Ἀγρίππας περὶ εἰρήνης οὐδὲν ἤνυσε, τῶν στασιαστῶν ἀναλιωθέντων.

λθ' Ὅπως Κέστιος, ἐξαίφνης ὀπισθοχωρήσας αὐτοῖς, εἰς τε τὴν ἐνδοτέρω πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν σωτήλασε. καὶ ὡς, δυνάμενος καὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν, ἀπεστράφη, τοῦ Φλώρου χρήμασι τόν τε στρατοπεδάρχην καὶ τοὺς ἱππάρχους πείσαντος μεταπεῖσαι αὐτόν. καὶ ὡς αὖθις ὀπιχειρήσας σωτόμως ἀνεχώρησεν.

μ'. Ὅπως Κέστιος ἀπροφασίστως τῆς πόλεως ἀνέζευξε, καὶ οἷα περὶ τὴν ὑποστροφὴν πρός τῶν Ἰουδαίων ἔπαθεν.

